ICONES FUNGORUM

OMNIUM HUCUSQUE COGNITORUM

AD USUM

SYLLOGES SACCARDIANAE

ADCOMMODATAE

AUCTORE

A. N. BERLESE

(Opus praemio « *Desmazières* » Gallici Scientiarum Instituti coronatum)

VOL. I.

PYRENOMYCETES

(Lophiostomaceae et Sphaeriaceae Phaeo - et Hyalophragmiae)

ABELLINI MDCCCXCIV

SUMPTIBUS AUCTORIS

TYPIS EDUARDI PERGOLA

PROF. P. A. SACCARDO

SYLLOGES AUCTORI

ET

MAGISTRO MEO

GRATISSIMI ANIMI

ATQUE VENERATIONIS

TESTIMONIUM

A. N. Berlese

Abellini – Martio MDCCCXCIV.

CHARACTERUM FAMILIARUM ET GENERUM ILLUSTRATIO

TABULA 1.

LOPHIOSTOMACEAE (fig. 1) *a-m* perithecia integra vel longitudinaliter secta valde aucta; *n* caulis perithecia *Lophiostomatis insidiosi* gerens: *o* cortex perithecia *Lophiost. excipuliformis* gerens (omnes gradus evolutionis ostioli delinenti sunt).

Schizostoma (fig. 2) Ascus et sporidia specierum variarum.

Lophiosphaera (fig. 3) » » » » »

TABULA 2.

Lophiotrema (fig. 1) Ascus et sporidia specierum variarum.

Lophiotricha (fig. 2) Perithecium, ascus et sporidia.

Lophiostoma (fig. 3) Ascus et sporidia specierum nonnullarum.

Lophidium (fig. 4) » » » » »

Lophidiopsis (fig, 5) Ascus et sporidia.

Lophionema (fig. 6) » » »

TABULA 3.

SPHAERIACEAE 1 Sectio longitudinalis perithecii haud rite evoluti.

2 Perithecium tectum longitudinaliter sectum.

3-4 Perithecia superficialia longitudinaliter secta (3 perith. rectum *Roselliae;* 4 id. obliquum *Pleurostoma*).

5 Perithecium setosum (*Acanthostigma* etc.)
6 » mycelio cinctum, ostiolo difformi (*Herpotrichia*).
7 Perithecia verticaliter evoluta, longitudinaliter secta (*Bombardia*).
8 Perithecium radiatim sulcatum (*Stuartella*).
9 Perithecium tuberculigerum (*Bertia*)
10 » rhynchophorum tectum (*Rhynchostoma*).
11 » » superficiale (*Rhynchosphaeria* etc.)
12 Perithecia acervulata longitudinaliter secta (*Cucurbitaria* etc.)
13 » tecta, linea stromatica circumscripta (*Diaporthe*).
14 » valsoideo-acervulata, stromate immersa (*Valsa*, *Valsaria* etc.)
15 Perithecium ligno immersum, stromate clipeiformi tectum (*Clypeosphaeria*, *Peltosph.*)
16 Perithecium foliicolum, stromate cinctum (*Hypospila*).
17 Perithecia ligno immersa, stromate effuso crustaceo tecta (*Eutypa* etc.)
18 Peritecia irregulariter in stromate pulvinato immersa (*Melogramma*).
19 Perithecia valsoideo-acervulata, crusta stromatica effusa tecta (*Cryptovalsa* etc.)
20 Perithecia stromate lato, repando immersa (*Nummularia*).
21 Perithecia stromate crasso, pulvinato immersa (*Hypoxylon*).
22 Perithecia stromate discoideo, pedunculato immersa (*Poronia*).
23 Perithecia stromate clavato, simplici vel ramoso immersa (*Xylaria*).

TABULA 4.

Massaria Fig. 1-2 rami fungiferi, 3 acervulus peritheciorum auctus; 4-6 perithecia longitudinaliter secta; 7-15 sporidia e speciebus variis; 16 ascus.

TABULA 5.

Leptosphaeria fig. *a* folium, *b* caulis fungifera; *c-d* perithecia aucta; *e-g* perithecia longitudinaliter secta; *h* ascus; *i* sporidia specierum plurium.

TABULA 6.

Passeriniella (fig. 1) *a* ramus fungifer; *b-c* perithecia longitudinaliter secta; *d* ascus; *e* sporidia.

Chitonospora (fig. 2) *a* perithecium longitudinaliter sectum; *b* ascus; *c* sporidia.

Ceriospora (fig. 3) *a* caulis fungifer; *b-c* perithecia longitudinaliter secta; *d* ascus; *e* sporidia.

TABULA 7.

Heptameria (fig. 2) *a* caulis fungifer; *b-c* perithecia longitudinaliter secta; *d* ascus; *e* sporidium, *f* pars centralis sporidii amplius aucta.

Rebentischia (fig. 1) *a-b* perithecia longitudin. secta; *c* ascus; *d* sporidia.

Leptosphaeriopsis (fig. 3) *a* caulis fungifer; *b* perithecium sectum, *c* ascus, *d* sporidia.

TABULA 8.

Pocosphaeria (fig. 1) *a* perithecia aucta; *b* perith. verticaliter sectum; *c* ascus, *d-e* sporidia.

Clypeosphaeria (fig. 2) *a* ramus fungifer, *b* perithecium auctum; *c* id. verticalit. sectum; *d-f* perithecia pluria verticalit. secta minus magisve aucta, *g* ascus; *e* sporidia.

Chaetomastia (fig. 2) *a* perithecia aucta; *b* perithecium verticaliter sectum; *e* ascus; *d-e* sporidia.

TABULA 9.

Chaetosphaeria (fig. 1) *a* lignum fungiferum; *b* perithecium longitudinaliter sectum auctumque; *c* ascus; *d-e* sporidia.

Ohleria (fig. 2) *a* lignum fungiferum; *b* perithecia aucta; *c* perithecii sectio longitudinalis; *d* ascus; *e* sporidia.

Melanomma (fig. 3) *a* lignum fungiferum; *b* perithecia aucta, *c-d* perithecia longitudinaliter secta; *e* ascus; *f* sporidia.

TABULA 10.

Caryospora (fig. 1) *a* Putamen *Amygdali* peritheciis praeditum; *b* perithecium auctum; *c* perithecium longitudinaliter sectum; *d* ascus; *e* sporidium.

Stuartella (fig. 2) lignum perithecigerum; *a* perithecium auctum; *b* eiusdem sectio longitudinalis, *c* ascus; *d* sporidium.

Rhynchosphaeria (fig. 3) *a-b* ligna perithegigera; *c* perithecia aucta; *d-e* eorumdem sectiones longitudinales; *f* ascus; *g* sporidia.

TABULA 11.

Sporormia *a* fimum perithecigerum; *b* sectiones longitudinales peritheciorum; *c* ascus; *d* sporidia specierum variarum.

TABULA 12.

Sporormiella [1] (fig. 1) *a* fimum perithecigerum; *b-c* sectiones longitudinales peritheciorum minus ampliusve auctorum; *d* ascus; *e* sporidia.

Gibberidea (fig. 2) *a* ramus fungifer; *b* acervulus peritheciorum auctus; *c* ascus; *d* sporidia; *e* acervuli magis aucti sectio longitudinalis.

Kalmusia (fig. 3) *a* perithecium auctum; *b* id. sectum; *c* asci; *e* sporidia.

TABULA 13.

Pseudovalsa *a* ramus fungifer; *b* acervulus auctus; *c* id. transverse sectum; *d* id. longitudinaliter sectum; *e* perithecium magis auctum longit. sectum; *f-g* asci; *h* sporidia specierum variarum.

TABULA 14.

Titania (fig. 1) *a* lignum fungiferum; *b* acervulus auctus longitudinaliterque sectus; *c* ascus.

Thyridaria (fig. 2) *a* ramus fungifer; *b* acervulus auctus; *c-d-e* sectiones longitudinales peritheciorum; *f* ascus; *g* sporidia.

---

[1] Specimina *Sporormiellae nigropurpureae*, sero habui, et in Iconibus suo loco inserere nequivi. Perithecia sunt subvalsoideo-acervulata $^1/_3$ mm. d. globosa vel ovvideo globosa, stromate plus minusve manifesto immersa, nigro-purpurasuntia; asci sunt longissime paraphysati, 100-125 ≈ 10-12 sporidia 16-20 ≈ 4-5 metiuntur.

Speciem legit cl. Ellis in fimo vaccino Newfield, in Am. bor. (Cfr. Ellis et Ev. North Amer. Pyren. p. 136).

TABULA 15.

Melogramma (fig. 1) lignum fungiferum; *b-c* stromata perithecigera aucta; *c-d-e* eadem longitudin; secta; *f* ascus; *g-h* sporidia.

Massarina (fig. 2) *a* ramus fungifer; *b-d* perithecia longitudinaliter secta; *e* ascus; *f-i* sporidia.

TABULA 16.

Metasphaeria (fig. 1) *a-b* ramus foliumque fungifera; *c-e* perithecia plus minusve aucta; *f* et *g* eadem longitudin. secta; *h* ostiolum penicillatum. *i* ascus; *h* sporidia.

Sphaerulina (fig. 2) *a-b* caulis foliumque fungifera; *c* perithecium sectum; *d* ascorum roseola; *e* ascus; *f* sporidia.

TABULA 17.

Ceriosporella (fig. 1) *a* caulis fungifer, *b* perithecia longitudinaliter secta; *c* ascus; *d* sporidia.

Hypospila (fig. 2) *a* folium fungiferum; *b* stroma perithecigerum auctum; *c* perithecia longitudinaliter secta; *d* ascus; *e* sporidia.

Melomastia (fig. 3) *a* ramus fungifer; *b* perithecia aucta; *c-d* id logitud. secta; *e* asci; *f* sporidia.

TABULA 18.

Saccardoëlla (fig. 1) *a* ramus fungifer; *b* perithecium auctum; *c* id. sectum; *d* ascus; *e* asci apex; *f* sporidia.

Bombardia (fig. 2) *a-b* ligna fungifera; *c-d* perithecia aucta; *e* id. secta; *f* ascus; *g* sporidia.

TABULA 19.

Lasiosphaeria *a* lignum fungiferum; *b-d* perithecia cincta; *e-f* peritheciorum sectiones longitudinales; *g* setula magis aucta; *h* ascus; *i* sporidia specierum variarum.

TABULA 20.

Enchnosphaeria (fig. 1) ramus foliaque mycelio perithecigero aucta; *b* folium fungiferum; *c* perithecium auctum; *d* id. longitudin. sectum; *e* ascus; *f* sporidia.

Acanthostigma (fig. 2) *a* lignum fungiferum; *b* perithecium auctum; *c* setula amplius aucta; *d* perithecia longitudinaliter secta; *e* ascus; *f* sporidia.

Herpotrichia (fig. 3) *a* ramus fungifer; *b-c* perithecia aucta; *d* perithecii pars superior; *e* eadem secta; *f* ascus; *g* sporidia.

TABULA 21.

Zignoëlla (fig. 1) *a* lignum fungiferum; *b* perithecia aucta; *c* eadem secta; *d* ascus; *e* sporidia.

Winterella (fig. 2) *a* lignum fungiferum; *b* perithecium longitud. sectum; *c* ascus; *d* sporidium.

Ceratosphaeria (fig. 3) *a* lignum fungiferum; *b* perithecia aucta; *c* perithec. longit. sectum; *d* ascus; *e* sporidia.

TABULA 22.

Cryptoderis (fig. 1) *a* folium fungiferum; *b* perithecium longitudinaliter sectum; *c* ascus; *d* sporidia.

Gnomoniopsis (fig. 2) *a* ramus fungifer; *b* perithecium longitudinaliter sectum; *c* ascus; *d* sporidia.

Calospora *a* ramus fungifer; *b* acervulus peritheciorum longitudinaliter sectus; *c* ascus; *d* sporidia.

PRÆFATIO

Quantum in mycologicis studiis, post celeberrimi Friesii opera, profectum esset, ex eo paucis abhinc annis percipere licuit, quod omnes rerum mycologicarum peritissimi Viri magno studio flagrarunt libri alicuius possidendi, qui non aliter ac Systema Mycologicum (non iam harum doctrinarum optatis respondens) omne mycetum genus complectens, universam specierum copiam recte disponeret, eoque loco quamque collocaret, qui opportunissimus secundum taxonomicas leges videretur.

Itaque Doctor Saccardo, qui hoc arduum opus usque ab anno 1882 acerrime agressus est, non paucorum annorum opera ac studio, opus in sua Sylloge Fungorum omnium hucusque cognitorum tandem Mycologis praebuit quod eam descriptionis rationem servans, qua Systematis Mycologici auctor usus est, superius tamen facile evasit, cum ob novam dispositionem taxonomicam et majorem specierum collectarum numerum, tum ob eam quam auctor (praesertim in fungis microscopicis) micrographicam viam secutus est, quaque maxime mycologicae recentiores investigationes praestant vetustioribus. Qua de re jure ac merito, ad magnum specierum descriptarum numerum spectans idem Saccardo: « Hoc, inquit, affirmare audeo quod si intra paucos annos liber hujuscemodi adhuc defuerit mycographia tota in chaos dilabi maxime periclitaretur. » Nunc autem cum tali opere fruamur, affirmare omni asseveratione possumus magnos in hoc tanto tamque immenso mycologicorum campo factos esse progressus.

Mihi itaque visus est magnam laudem assecuturus fuisse, si quis ad hoc scientiae mycologicae quasi arduum quoddam monumentum perficiendum opibus omnibus nixus esset. Hac igitur opinione fretus non parvi momenti putavi vastam ac insignem Syllogem Saccardianam iis tabulis exornari, quae a studio tantum recto speciminum originem ducere viderentur. Quamquam autem sciebam opus aggredienti, quod Saccardiana Sylloge, quacum conjunctum esse deberet, indignum non esset, omnes quae descriptae sunt species delineandas fuisse, minime tamen dubitavi (non omnino majoribus fungis exceptis, quorum splendidissimae iconographiae non desunt) primas partes microscopicis tribuere, quos, ad iconographiam quod attineret, scirem esse neglectos. Quod si quaedam hujuscemodi insignia opera non desunt, tam pauci tamen prae ingente mycetum vi ii sunt qui iis illustrentur, ut in hoc iconographiae myco-microspicae immenso atque obscuro campo tamquam lucida puncta nobis videantur.

Quare opus quod haec minima corpuscula illustraret eo utilius, immo magis necessarium dicere asim, futurum fuisse mihi visum est, si etiam eas species complexum esset quae, et brevi diagnosi a veteribus auctoribus descriptae neque micrometricis notationibus instructae, in incertis maximam partem collocantur.

Quibus rebus verba, quae in praefatione Saccardianae Sylloges legimus, apertius planiusque explicantur « Contigisse potest quod species identica bis vel pluries variis nominibus exoponatur. »

Cum igitur illud mihi persuasum esset opus hujuscemodi maximam utilitatem allaturam esse iis qui Sylloge, de qua sermo, fungerentur atque uterentur, hoc omnibus viribus atque opibus aggressus sum. Cumque ad munus, quod suscepi, explendum species parum notae vel dubiae mihi in veteribus herbariis essent inquirendae, ad Praefectos Museorum, quibus tam praetiosae veteresque collectiones custodiuntur, me converterem oportuit ac necesse fuit. Praeterea quippe qui certe scirem opus meum maximi solummodo momenti futurum fuisse, si originalia specierum notarum exemplaria illustrasset, Mycologos precibus prosequi non dubitavi, ut suarum specierum typica exemplaria ad me mitterent,

haec ceteris non typicis speciebus, ab aliis inventis ac taxonomice dispositis inque floris peculiaribus recensitis praeferens. Valde igitur gaudeo quod meis postulatis libentes faverunt omnes ad quos confugi doctissimi Viri, qui ita ejusmodi operis fundamenta, pene dixerim, jecerunt, quod numquam sine eorum opibus atque favore caeptum fuisset. Hisque scientiarum cultoribus clarissimis dum gratias maximas ago habeoque, hoc quoque qualecumque opus meae eorum virtutis aestimationis ac grati animi testimonium dedico et consecro. Bene igitur paratus tanta ad opus aggrediendum quasi materia, non amplius ejus initium differendum putavi. Quibus autem legibus et normis opus adhuc exaratum sit, brevi exponam:

I Quam commodissime fecisse visus sum eam ceteris praeferens methodum, qua cujusque ad eamdem familiam pertinentis generis monographia ordinatim conficeretur. Qua de re opus est monographicum.

II Inter microscopicos fungos maxime illustrandi mihi visi sunt Pyrenomycetes, ideoque ad studium huius classis me totum contuli.

III Saccardianam taxonomicam dispositionem secutus sum, primum quia omnium convenientissimam existimavi, deinde quo opus meum, cum Sylloges ejusdem esset illustratio, hujus continuatio et complementum haberetur.

IV Ne quid in originalium speciminum studio praetermitteretur quam diligentissime curavi, ea praesertim accurate inter se comparans quae identica mihi viderentur.

V Operam diligentiamque in figuris delineandis atque lithographice sculpendis quam maximam posui, ne quid veritati videretur ablatum.

VI Ad nomen cujusque speciei suum Sylloges locum rettuli praecipuamque veterem et novam (interdum etiam copiosam) synonymiam adjunxi, de qua typicorum speciminum diligens studium me admonebat.

VII In fine cujusque generis, de speciebus omnibus sum brevi locutus, quas investigatione persequi non potui, sive quia

in collectionibus (vetustissimis interdum) quibus usus sum earum exemplaria non inveni, sive quia temporis iniuria interciderunt.

VIII Omnium specierum delineatarum, *habitat* magnitudinemque partium brevi notavi, et semper adjunxi a quo herbario delineatum specimen excerpserim.

IX Indice synonymico specierum descriptarum, ordine alphabetico digesto, cujusque familiae tractatio praedita est.

Nunc autem, quum hanc operis mei primam partem in lucem profero, hoc unum cupio atque opto ut meum SACCARDIANAE SYLLOGES complendae conatum MYCOLOGI libentes excipiant, eosque, hoc opus benigne judicantes, iis auxiliis, quibus hucusque me aequo animo iuvarunt, numquam mihi spero defuturos.

Scrib. Asculi Picenorum, Idibus Juniis MDCCCXC.

A. N. BERLESE

LOPHIOSTOMACEAE [1] Sacc. (Syll. Pyr. II p. 673)

Simplices. Perithecia plus minusve immersa, vel superficialia, nigra, ostiolo compresso, rimose dehiscente. Asci paraphysati, octospori.

Clavis analitica generum

Sporidia continua fusca			*Lophiella* [2]
Sporidia bilocularia	fusca		*Schizostoma*
	hyalina		*Lophiosphaera*
Sporidia transverse pluriseptata	hyalina	perithecia pilosa	*Lophiotricha*
		perithecia calva	*Lophiotrema*
	colorata		*Lophiostoma*
Sporidia muriformia	colorata		*Lophidium*
	hyalina		*Lophidiopsis*
Sporidia filiformia			*Lophionema*

SCHIZOSTOMA Ces. et D. Not. Schema Sf. It. p. 220 p. p. nec Ehrenb. et Lèv. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 673. *Lophiostoma* Winter Die Pilze II, p. 289 p.p. Species omnes lignicolae vel corticolae, numquam cauli - vel foliicolae.

Schizostoma microsporum Pass. in litt. Martelli in Flor. Bog. p. 146. Berlese et Vogl. Add. Syll. p. 254.

Hab. in cortice arborum, Keren, Abissinia settentrionale.

Perithecia subgregaria, 1/3 mm. diam.; asci 65-75 ≈ 10; sporidia 14-16 ≈ 5. (**Tab.I, Fig. 1.** — Ex exemplari typico a cl. Prof. Passerini benevole comunicato).

Schizostoma vicinum Sacc. Mich. I, p. 337. Syll. Pyr. II, 673. *Lophiostoma vicinum* Sacc. F. it. 239. Mich. I, 44. Winter Die Pilze II p. 291.

Hab. in cortice duriore quercino *et* populino *in silva* Montello Ital. bor. (Sacc.) *et* Augsburg in Germania (Rehm).

Perithecia sparsa, 1/3 mm. diam.; asci 85-95 ≈ 13-15; sporidia 28-30 ≈ 8. (**Tab. II, fig. 1** — Ex Rehm Ascomyc. n. 485).

---

1 Cfr. Berlese Note sulle *Lophiostomaceae* in Malpighia 1890.

2 Genus dubium, iterus inquirendum. An non bene examinatum?

Schizostoma vicinellum Sacc. Mich. I. 335—337. Syll. Pyr. II, 674. Rehm Asc. Loik. n. 52.

Hab. in ligno abietino *putrescente* Gratz Styriae (Magnus) *et ad ramulos siccos* Artemisiae campestris *in insula* Csepel Danubii Hungariae.

Perithecia gregaria, $1/3$-$2/3$ mm. diam.; asci 80-90 ≈ 10-12; sporidia 22-25 ≈ 5-7. (**Tab. II. fig. 2.** — Ex exemplari typico in Herbario Saccardiano).

Schizostoma motellicum Sacc. Mich. I, p.337. F. it. 146, Syll.Pyr.II. p.673.

Hab. in cortice duriore quercino, Montello Ital. bor. (**Tab. II, fig. 3.** — Ex exemplari originali in Herb. Sacc.)

Perithecia sparsa, carbonacea, $1/2$-$2/3$ mm. diam.; asci 180-200 ≈ 20-22; sporidia 36-40 ≈ 10-12.

Schizostoma pachythele (B. et Br.) Sacc. Mich. I, 336, Syll. Pyr. II, p. 675. *Sphaeria pachyt.* Berk. et Br. Ceyl. F. n. 1109. *Lophiosphaera pach.* Trev. in Bull. Soc. Sol. Belg. t. 16, p. 19.

Hab. in ligno putri, Dolosbagey, Ceylon supra 1000 metr. alt. (**Tab. I fig. 2.** — Ex exemplari originali a cl. M. C. Cooke benevole comunicato.)

Perithecia magna, 1 mm. et ampl. diam., rugosa; asci 40-45 ≈ 6-8; sporidia 14-16 ≈ 3,5-4. — Species singularis, sporidiis semper 1-septatis, apicibus hyalinis, peritheciisque magnis congeneribus valde distincta. [1]

Species quas examinare non potui [2]

Sch. vicinissimum Speg. (Sacc. Syll. II, 674) Sch. Bellunense Speg. (Syll. 674) Sch. tuyutense Speg. (Syll. 674) Sch. Schomburgkii (Berk) Sacc. Syll. 675 (dubia).

LOPHIOSPHAERA Trev. l. c. et in Just Bot. Iahresb. 1877. p. 148. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 675. Genus haud bene definitum et cum *Lophiotrenate* saepius moleste intricateque confluens.

Lophiosphaera querceti (S. et Sp.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 676. *Schizost. querceti* Sacc. et Speg. Mich. I, 410. Sacc. F. it. 358.

Hab. in cortice quercino *prope* « Conegliano » Italiae borealis.

Perithecia $1/3$ mm. diam., sparsa; asci 80-100 ≈ 12; sporidia 23-26 ≈ 7-9. (**Tab. II. fig. 4.** — Ex exemplari originali in Herb. Sacc.) Ostiolo parum vel minime compresso, vix *Lophiostomacea.* Aptius inter *Didymellas* inquirenda ?

Lophiosphaera forojuliensis Berl. n. sp. *Lophiosph. intricata* Berl. (non Lehm.) Excurs. Mycol. Frioul, p. 18 (ubi adest diagnosis.)

Hab. in ligno et cortice ramulorum Salicis cinereae « Osoppo » *agri Forojuliensis.* It. borealis

---

1 Sporidia huius speciei minutiose examinata, semper didyma inveni. Apices hyalini numquam septo separantur.

2 Ad calcem singulorum generum subjunxi species quas examinare nequivi. Nonnullae vero genuinae erunt, sed pleraeque, auctoribus senioribus tantum repertae, dubiae vel omittendae videntur.

Perithecia sparsa vel subgregaria, 1/4 mm. diam.; asci 90-100 ≈ 10-12; sporidia 18-20 ≈ 6-8. (**Tab. II, fig. 5.** — Ex exemplari originali in Herb. meo.)

Lophiosphaera Helichrysi (Fabr.) Berl. *Lophiotr. Hel.* Fabr. Vaucl. II, p. 60, fig. 40. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 684.

Hab. ad caules emortuos Helichrysi Staechadis, Vaucluse *Galliae et* Hel. angustif. pr. « Fornovo » *agri parmensis It. bor.* (Passerini).

Perithecia 1/3-1/2 mm. diam., modo sparsa, modo dense conferta; asci 100-110 ≈ 10-12; sporidia 22-26 ≈ 6 (**Tab. I, fig. 3.** — Ex exempl. a cl. Passerini benevole comunicato.)

Lophiosphaera Beckhausii (Nitsch.) Berl. et Vogl. Addit. ad Syll. p. 424. *Lophiostoma Beckh.* Nitsch. in Lehm Syst. Bearb. Pyr. Loph. p. 74, fig. 42.

Hab. in ligno fagineo Münster. (Nitschke).

Perithecia sparsa, 1/3-1/2 mm. diam.; asci 100-130 ≈ 16-18; sporidia 32-34 ≈ 8, rarius 40 ≈ 7 (**Tab. III, fig. 3.** — Ex exempl. originali in Herb. Nitschkeano). Sporidiis pseudo 3-5-septatis, inter genera *Lophiosph.* et *Lophiotrema* media, sed aptius primo adrscribenda.

Lophiosphaera lignicola Sacc. in Berl. et Vogl. Add. ad Syll. p. 258. *Lophiosph. subcorticalis* var. *lignicola* Sacc F. it. 243, Syll. Pyr. II, p. 676. *Lophiostoma meridionalis* Ellis in Journ. of. Myc, IV, p. 76.

Hab. in ligno arborum nonnullarum subputri in Italia et America boreali.

Perithecia 1/3 mm. diam.; asci 90-100 ≈ 12; sporidia 30-35 ≈ 6-7 (**Tab. III, fig. 1.** — Ex exemplari originali *Loph. meridionalis* a cl. Ellis benevole comunicato. Fungillum americanum cum exempl. orig. saccardianis minutiose comparavimus.)

Lophiosphaera anaxaea (Sacc.) Trev. in Bull. Soc. Bot. Belg. t. XVI, p. 19. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 677. *Lophiost. anax.* Sacc. Mich. I, p. 446, F.it.251. *Lophiostoma glaciale* Rehm. Asc. Loik n. 59. *Lophiosph. glacial.* Sacc. Syll. Pyr. II. p. 677.

Hab. in caule ramisque Artemisiae camphoratae, Cytisi hirsuti *et* Globulariae chordatae « Narvesa » *Italiae bor.*

Perithecia 1/2 mm. diam.; asci 90-100 ≈ 16-18; sporidia 26-28 ≈ 6-8 (exclusis appendic.)[1] (**Tab. II, fig. 6.** — Ex exempl. origin. in *Globularia*, in Herb. Sacc.)

Lophiosphaera Fuckelii Sacc. Syll. II, p. 678. *Lophiostoma Fuckelii* Sacc. Mich. I, 336. F. it. 254. *Loph. diminuens* Fuck. Symb. 256, Sacc. F. Ven. III, p. 4, non Fr. *Lophiost. rubicolum.* Nitsch. in Lehm. Syst. Bearb. Pyr. Loph. p. 58, fig. 39. Berl. et Vogl. Add. ad Syll. p. 426.

Hab. in sarmentis Rubi fruticosi *emortuis* in Italia et Germania. *Satis frequens.*

Perithecia 1/5-1/4 mm. diam., subgregaria; asci 60-80 ≈ 8-10; sporidia 15-18 ≈ 4-5 (**Tab. II, fig. 7.** — Ex exemplari in agro forojuliensi lecto (Cfr. Exc. Myc.

1 Dimensionibus sporidiorum adde semper, in speciebus appendiculatis, « exclusis appendiculis »

Frioul. p. 18), et cum exempl. Fuck., Saccard. et Nitsch. comparato). Valde affinis (et verisimiliter aegre distincta) *a Loph. pulveracea* et *L. cristata.*

Lophiosphaera pulveracea Sacc. Syll. Pyr. II, p. 678. *Lophiost. pulv.* Sacc. Mich. I, 336, F. it. 255. *Lophiost. conchoides* Ellis in litt.

Hab. in ligno quercino *putri* « Selva » *Ital. bor.*

Perithecia gregaria, $^1/_4$-$^1/_3$ mm. diam.; asci 70-80 ≈ 10-12; sporidia 16-20 ≈ 4-5 (**Tab. II. fig. 8.** — Ex exempl. originali in Herb. Sacc.) A *L. Fuck.* peritheciis densius confertis, lignicolis differt. Potius var. ?

Lophiosphaera cristata (Fabr.) Berl. *Lophiotrema crist.* Fabr. Vaucl. II, p. 61. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 687.

Hab. ad ramulos emortuos et decorticatos Ericae arboreae « Vaucluse » *Galliae.*

Perithecia sparsa, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. diam.; asci 60-70 ≈ 8; sporidia 16-20 ≈ 5. (**Tab. I, fig. 4.** — Ex exemplari originali a cl. Fabre benevole comunicato.) Differt a *L. Fuck.* peritheciis sparsis, lignicolis. An satis ? A *L. pulverac.* vix distincta.

Lophiosphaera heterostoma (Ell. et Ev.) Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 425. *Lophiost. het.* Ellis et Ev. Journ. of Myc. 1886, p. 99.

Hab. in discis dolii vinarii quercini, « Louisiana » Am. bor.

Perithecia $^1/_2$-$^3/_4$ mm. diam., sparsa vel subgregaria; asci 70-80 ≈ 6-8; sporidia 18-20 ≈ 4-5 (**Tab. III, fig. 2.** — Ex exempl. origin. a cl. Ellis benevole comunicato) Affinis *L. pulveraceae* a qua peritheciis sparsis majoribusque differt.

Species exclusae, non esaminatae vel dubiae.

Loph. schizostoma (Mont.) Trev. Non vidi. Mihi dubia. *Loph. viticola* Sacc. idem ac *Lophiotrema praemorsum. Lophiosph. perpusilla* Sacc. Perithecia dein ore rotundo hiantia, ostiolo numquam compresso, epidermide subinde rimose rupta. Est *Scirria* sp. *Lophiosph. glacialis* (Rehm) Sacc. idem ac *Lophiosph. anaxaea. Lophiosph. bonariensis* Speg. Non vidi. Affinis *L. Fuckelii. Lophiosph. vigheffulensis* est *Lophiotrema. Lophiosph. subcorticalis* est *Lophiostoma.*

LOPHIOTREMA Sacc. Mich. I, 338. Syll. Pyr. II, p. 678.

Lophiotrema leucosporum (Nitsch.) Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 425. *Lophiost. leuc.* Nitsch. in Lehm. Syst. Loph. p. 26. f. 6.

Hab. in Sio latifolio, Münster (Nitschke).

Perithecia subgregaria, $^1/_3$ mm. diam; asci 90-100 ≈ 8-9; sporidia 20-24 ≈ 5-6 (**Tab. I, fig. 7.** — Ex exempl. origin. a cl. O. Brefeld benevole comunicato).

Lophiotrema vigheffulense (Pass.) Berl. *Lophiosph. vigheffulensis* Pass. in Erb. Critt. it. II, n. 1373. Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 254.

Hab. in cortice exsiccata Deutziae scabrae « Vigheffio » *pr.* Parma *Ital. bor.*

Perithecia $^1/_3$ mm. diam., plus minus crebre sparsa; asci 70 ≈ 6-8; sporidia 20-23 ≈ 3-4 (**Tab. I, fig. 5.** — Ex exempl. originali a cl. Pass. benevole misso.)

Lophiotrema hysterioides (Ell. et Langl.) Berl. *Lophiostoma hyst.* Ell. et Langl. in Iourn. of Myc. IV, p. 76.

Hab. ad lignum vetustum Quercus « Louisiana » *Am. bor.*

Perithecia $1/3$ mm. diam., gregaria; asci 60-70 ≈ 5-8; sporidia 12-13 ≈ 3-4 (**Tab. III, fig. 4.** — Ex exempl. originali a cl. Ellis benevole misso). Vix *Lophiostomacea* !

Lophiotrema Nucula (Fries) Sacc. Mich. I, 336, 338, F. it. 249. Syll. Pyr. II, p. 679. *Lophiostoma Nuc.* De Not. Sch. Sfer. it. p. 46. *Sphaeria Nucula* Fr. S. M. II, 466. *Lophiotrema duplex* Karst. M. Fenn. I, p. 86. Sacc. F. it. 256. *L. nuculinum* Rehm Augsb. Pilz. p. 77. *Trematosph. sambucivora* Rehm Asc. n. 382. *Lophiotrema duplex* Sacc. Syll. II. p. 679. *Lophiotr. Loniccorae* Fabr. Spher Vaucl. II, 61, fig. 12. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 680. *Lophiost. microcarpum* Nitsch. in Lehm. Loph. p. 100 fig. 37-38. *Lophiost. curtum* Lehm. Syst. Pyr. Loph. p. 55 fig. 35 (An huc adscr. *Sph. curta* Fr. ?)

Hab. in cortice arborum plurium in fere tota Europa (**Tab. I, fig. 6.** — Ex specim. in Herb. Nitsch. cum multis aliis comp.)

Perithecia $1/3$-$1/2$ mm. diam., sparsa vel gregaria; asci 110-120 ≈ 8; sporidia 18-20 ≈ 6.

Lophiotrema hungaricum Rehm Hedw. 1883 p. 38, Sacc. Syll. Pyr. II, Add. LXIX.

Hab. in caulibus putridis Aconiti Napelli *in valle* « Kohlbach » *Alpium Tatrae Hungariae.*

Perithecia $1/3$-$1/2$ mm. diam., gregaria; asci 100-110 ≈ 15-18; sporidiis 30 33 ≈ 8-9 (**Tab, I, fig. 8.** — Ex exemplari originali) Inter *Lophiotrema* et *Lophiotricham* fere medium.

Lophiotrema vagabundum Sacc. Mich. I, 443, II, 72. F. it. 246 (sub *Lophiostoma*) Syll. Pyr. II, p. 684 *Lophiostoma Origani* Kunze F. sel. ex. n. 97. *Lophiotrema Orig.* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 684. *Lophiost. cultum* Nitsch. in Lehm. Syst. Bearb. Pyr. Loph. p. 80, fig. 23. Berlese et Vogl. Add. Syll. p. 426. *Lophiost. Ligustri* Nitsch. in dem. l. c. p. 55, fig. 36. Berl. et Vogl. Add. p. 428. *Lophiotr. rubidum* Sacc. Bomm. et Rouss. Misc. Myc. I, p. 18. Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 256. *Lophiotr. Scrophulariae* var. *cruentulum* Bizz. F. Ven. novi p. 3. Berl. et V. l. c. p. 256. *Lophiostoma Notarisii* Nitsch. in Lehm. Pyr. Loph. p. 31. fig. 1 p. p.

Hab. in caulibus variis in Italia, Germania, Gallia.

Perithecia sparsa vel gregaria, $1/5$-$1/4$ mm. diam.; asci 90-110 ≈ 8-10; sporidia 22-25 ≈ 4-6 (**Tab. IV, fig. 1.** — Ex *Loph. Scrophul.* var. *cruentulum* in Herb. Sacc.)

Var. **radicans** (Ell.) Berl. *Lophiostoma radicans* Ellis Journ. of. Myc. III, p. 44.

Hab. in ligno carioso Rhois radicantis « Newfield » *Am. bor.*

Perithecia sparsa $1/4$-$1/5$ mm. diam.; asci 60-80 ≈ 8-12; sporidia 20-22 ≈ 2-6 (**Tab. III, fig. 5.** — Ex exemplari originali a cl. Ellis benevole comunicato).

Lophiotrema Artemisiae Fabr. Spher. Vaucl. p. 67, fig. 57. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 683.

Hab. in caulibus emortuis Artemisiae campestris, « Vaucluse » Galliae.

Perithecia sparsa $^1/_3$-$^2/_3$ mm. diam.; asci 100-120 ≈ 10-12, sporidia 24-26 ≈ 6-7 (**Tab. III, fig. 6.** — Ex exemplari originali a cl. Fabre benevole comunicato). Affine *Lophiotr. praemorso*, a quo differt sporidiis brevioribus, loculo medio distincte crassiore. Verisimiliter ut varietas habendum. Dimens. Fabreanae sporid. nostris majores.

Lophiotrema affine Speg. Mich. I, p. 465. F. It. 616. Syll. Pyr. II, p. 687.

Hab. in ramulis emortuis Ampelopsidis hederaceae « Conegliano » *It. bor.*

Perithecia $^1/_{10}$-$^1/_8$ mm. diam.; laxe gregaria; asci 80 ≈ 10-12; sporidia 18 ≈ 6. (**Tab. IV. fig. 2** - Ex Sacc. F. it. l.c.) Minutie peritheciorum mihi valde dubium !

Lophiotrema culmiphragum Sp. Mich. I, 166, Sacc. F. it. 611. Syll. Pyr. II, p. 682.

Hab. in culmis putrescent. Arundinis Donnacis « Conegliano » *It. bor.*

Perithecia $^1/_5$-$^1/_3$ mm. diam.; asci 80-90 ≈ 8-10; sporidia 20-25 ≈ 4-5. (**Tab. IV, fig. 3.** — Ex Sacc. F. it.)

Lophiotrema praemorsum (Lasch) Sacc. Mich. I; 513, Syll. Pyr. II, p. 681. *Sphaeria praem.* Lasch. in Rab. H. M. n. 1249. *Lophiostoma praem.* Fuck. Symb. p. 157, Sacc. F. it. tab. 253. *Loph. Jerdoni* B. et Br. Brit. F. n. 975, t. XVII, f. 58. *Lophiost. angustilabrum* B. et Br. Brit. F. n. 881, t. XI, f. 27. *Lophiotr. ang.* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 687. *Lophiost. sex-nucleatum* Cooke Handb. n. 2543, f. 392. *Lophiotr. sexnucleat.* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 683. *Lophiotrema Fontanesiae* Pass. Diagn. Fung. nuovi, p. 13. *Loph. Winteri* Sacc. Mich. I, 358, F. it. 360. Syll. Pyr. II, p. 688. *Lophiost. Hederae* Fuck. Symb. 157. *Lophiotr. Hed.* Sacc. Mich. I, 338, Syll. Pyr. II, p. 678. *Lophiost. Cookei* Nit. in Lehm. Loph. p. 66 fig. 2. *Lophiotr Cookei* Berl. et Vogl. Add. p. 425.

Hab. in cortice ramorum plantarum plurium in tota fere Europa et Am. bor.

Perithecia $^1/_3$-$^2/_3$ mm. diam. subsparsa; asci 100-110 ≈ 8-12; sporidia 24-28 ≈ 6-7 (**Tab. III, fig. 7-9.** — Ex exemplari in Herb. Sacc.) Species sporidiorum fabrica admodum variabilis; nunc sporidia sunt bilocularia, mutica vel appendiculata [1], et tum ea *Lophiosphaerae* perfecte simulant; (fig. nostra 7) nunc vero pluriguttata vel pseudo-septata sunt, et mutica vel appendiculata.

Lophiotrema semiliberum (Desm.) Sacc. Mich. I, 338 Syll. Pyr. II, p. 682. *Lophiostoma semil.* Ces. et De Not. Sch. p. 46. Sacc. F. it. 245. *Sphaeria semil.* Desm. Ann. Sc. nat. 1846, p. 78.

Hab. in culmis exsiccatis Graminacearum *in tota fere Europa.*

Perithecia $^1/_3$-$^1/_2$ mm. diam., sparsa vel gregaria; asci 100-120 ≈ 10-12; sporidia 35-40 ≈ 6. (**Tab. 4. fig. 4.** — Ex exempl. orig. in Desmaz. Pl. Crypt. Fr. n. 1787). Valde affine et verisimiliter non probe distinctum a *L. praemors.*

Lophiotrema crenatum (Pers.) Sacc. Mich. I, 338, F. it. 359, Syll. Pyr.

1 De appendicularum natura cfr. meam opellam « Note sulle *Lophiostomaceae* » in Malpighia 1890.

II, p. 680. *Sphaeria crenata* Pers. Syn. 54. *Lophiost. cren.* Fuck. Symb. 157. *Lophiotrema Cotini* Fabr. Spher. Vaucl. II, p. 61, fig. 41. Sacc. Syll. Pyr. II, 680.

Hab. ad ramos putr. plantarum plurium in fere tota Europa.

Perithecia sparsa vel gregaria $\frac{1}{3}$-$\frac{1}{4}$ mm. diam.; asci 120-130 ≈ 10-12; sporidia 26-30 ≈ 5-7. (**Tab. IV, fig. 5.** — Ex exempl. origin. *Lophiotr. Cotini* a cl. Fabr. benevole comunicato). A *L. praem.* ostiolo eximie cristato differt.

Lophiotrema littorale Speg. in Sacc. Mich. I, 466. F. it. 612, Syll. Pyr. II, p. 681.

Hab. in ligno decorticato Salicis fragilis « Lido » *Venetiae.*

Perithecia laxe gregaria, $\frac{1}{4}$-$\frac{1}{3}$ mm. diam.; asci 140-150 ≈ 20-22; sporidia 55-40 ≈ 12-14. (**Tab. IV, fig. 6.** — Ex icone Saccardiana).

Lophiotrema massarioides Sacc. Mich. I, 412, F. it. 360. Syll. Pyr. II, p. 686. *Lophiostoma simile* Nit. in Lehm. Loph. p. 65, fig. 43 (nec Fuck.) *Lophiotr. simile* Berl. et Vogl. Add. 425. *Lophiost. insculptum* Nit. in Lehm. Loph. p. 114 fig. 48 (non Rehm).

Hab. in ramis Ailanthi gland., Rhamni *et in ligno* salicino *in Italia et Germania.*

Perithecia sparsa vel laxe gregaria, $\frac{1}{2}$-$\frac{3}{4}$ mm. diam.; asci 120-150 ≈ 18-22; sporidia 35-40 ≈ 7-9. (**Tab. IV, fig. 7.** — Ex exempl. origin. *Loph. insculpti* ex herb. Nitsch.) Pulchra et distincta species !

Lophiotrema auctum Sacc. Syll. Pyr. II, p. 688 (cum f. *Rumicis*) *Lophiost. auctum* Sacc. Myc. Ven. Spec. 110 t. XI, fig. 5-10, F. it. 250. *Lophiost. appendicul.* Fuck. Symb. myc. App. II, 29, fig. 8 Sacc. Syll. II, p. 706.

Hab. in ramulis Alni glut. *in caule* Rumicis *et in ligno putri adhuc corticato* Salicis *in Italia, Gallia et Germania.*

Perithecia sparsa $\frac{1}{3}$-$\frac{1}{2}$ mm. diam.; asci 120-130 ≈ 14; sporidia 35-37 ≈ 8. (**Tab. III, fig. 10.** — Ex exemplari originali formae *Rumicis*, a typo non distinctae, in Herb. Sacc.) Sporidia semper 7-septata, non 5-sept. ut in Syll. II, p. 688, in senectute fusca.

Lophiotrema Cadubriae Speg. Dec. Myc. 26, Mich. II, p. 163 Sacc. Syll. Pyr. II, p. 685.

Hab. in culmis caulibusque dejectis, putridis ad ripas lacus « Aleghe, Cadore » *Italiae bor.*

Perithecia $\frac{1}{3}$-$\frac{1}{2}$ mm. diam., sparsa; asci 120-140 ≈ 20-24; sporidia 40-45 ≈ 10-11 (**Tab. V, fig. 1.** — Ex exempl. originali in Herb. Sacc.)

Lophiotrema alpigenum (Fuck.) Sacc. Mich. I, 338. Syll. Pyr. II, p. 685 (cum variet.) *Lophiostoma alp.* Fuck. Symb. p. 157. *Lophiost. Thümenianum* Speg. in Thüm. Pilze Weinst. t. 1. f. 19, et Amp. it. n. 33. *Lophiotr. Thümenianum* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 686.

Hab. in sarmentis Lonicerae, Vitis *et in caule* Galii *in Italia et Germania.*

Perithecia gregaria vel subgreg., $\frac{1}{3}$-$\frac{1}{2}$ mm. diam.; asci 100-120 ≈ 14-16; sporidia 40-45 ≈ 7-8. (**Tab. V, fig. 2.** — Ex f. *Lonic. sempervir.* in Herb. Sacc.)

Sec. cl. Speg. *Loph. Thüm.* a *Loph. alpig.* sporidiis majoribus differt, sed dimensiones Spegazzinianas haud raro inveni excedentes. Sporidia *Lophiotrematum* fere omnium senio fuscescunt, sed color hic senectute et morte adscribendus.[1]

Species non examinatae dubiae vel excludendae.

Lophiotrema myriocarpum (Fuck.) Sacc. Syll. 679. Non vidi. *Loph. Coryli* Fabr. (Syll. 681). Non vidi. *Loph. glandium* Fabr. (Syll. 681) Non vidi. *Loph. stenogramma* (Dur. et Mont.) Sacc Syll. 681. Non vidi. Videtur *Loph. Nucula*. *Loph. pusillum* Fuck. (Syll. 682) Non vidi. (Formae *Aponensis* Sacc. exempl. in Herb. Sacc. sterilia inveni!) *Loph. Scrophulariae* (Peck) Sacc. Syll. 683. Non vidi. Affine (an idem?) *L. praem.* *Loph. Helichrisi* est *Lophiosphaera*. *Loph. ampelinum*. Rehm (Syll. 685) Non vidi. Affine *L. sexnucl.* (h. e. *L. praem.*) var *Pekianum* An idem? *Loph. Spireae* (Peck) Sacc. Syll. 686. Non vidi. Valde aff. verisimiliter non distinctum a *Loph. massarioide*. *Loph. Sedi* (Fuck.) Sacc. Non vidi (Exempl. Rehmian. in Asc. n. 183 a *Lopioph. anax.* adscrib.) *Lophiotr. Notarisii* (Nitsch.) Berl. et V. Add. 425. Species collectitia. *Loph. recedens* Schultz. (Add. 255) Non vidi *Loph. pallidum* (Ellis) B. et V. Add. 255 Non vid. *Loph. emergens* Karst. (B. et V. Add. 256) Exempl origin. senescentia inveni! *Loph. Mollerianum* (Wint) Berl. et V. 256. Non vidi *Loph. aequivocum* (Ell. et Ev.) Berl. (Cfr. Journ. Myc. III, p. 118) Non vidi.

LOPHIOTRICHA Rich. Sphèr. Nouv. in Bull. Soc. Bot. Franc. 1885, p. XI. Berlese et Vogl. Add. p. 234. — Sporidia primo didyma dein distincte triseptata.

Perithecia villo obvoluta, non setosa. In matrice et circum perithecia, mycelia sterilia *Ozonii* cujusdam inveni.

An villo peritheciorum cognata? Re vera ab hoc aliena videtur, sed biologice tutius definienda res.

Lophiotricha Viburni Rich. l. c. p. XII, t. XII. Berl. et Vogl. l. c. p. 255.

Hab. ad ramos emortuos Viburni Lantanae « Soulanges » *prope* « Saint-Amand sur Fion » *Galliae.*

Perithecia gregaria, $^1/_2$ mm. diam.; asci 130-150 ≈ 14-18; sporidia 40-44 ≈ 6-7. (Tab. XI. fig. 7. — Ex exempl. origin. a cl. C. Richon benevole comunicato).

LOPHIOSTOMA (Fr.) Ces. et De Not. Sch. sf. it. p. 45 p. p. Sacc. Mich. I, 339. Syll. Pyr. II, p. 689. Winter Die Pilze II, p. 289 p. p. Lehm. Pyr. Loph. p. 61 p. p. *Sphaeriae Lophiostomae* Fr. Summa Veg. Sc. 391.

Lophiostoma parvulum Berl. n. sp. *Lophiost. Nucula* Lehm. Pyr. Loph. p. 128, fig. 55. (non Nitsch.)

Hab. in ligno quercino *prope* « Sugenheim » *in Franconia.*

Perithecia $^1/_3$ mm. diam., subgregaria; asci 60-70 ≈ 6-7; sporidia 11-14 ≈ 4. (Tab. V, fig. 3. — Ex exempl. *Loph. Nuculae* in Herb. Nitsch.) Dimensiones Lehmannianae, juxta comparationem meis majores.

Lophiostoma quadrinucleatum Karst. Myc. Fenn. II, 85, Sacc. F. it. 222. Syll. Pyr, II, p. 689. *Lophiost. absconditum* Pass. N. Giorn. Bot. it. VII, p. 257

---

1 Cfr. etiam meam opellam. Note sulle *Lophiostomaceae*. l. c.

Sacc. Syll. Pyr. II, p. 690. *Loph. Juniperi* Fabre Spher. Vaucl. I, p. 105, fig. 52. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 691. *Lophiost. Berberidis* Lehm. Pyr. Loph. p. 98. fig. 34. Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 427.

Hab. in ligno vel cortice arborum plurium in Britannia, Italia, Fennia, Germania etc.

Perithecia sparsa, 1/3-1/2 mm. diam.; asci 100-110 ≈ 14-16; sporidia 20-24 ≈ 7-8. (**Tab. VI, fig. 1.** — Ex exempl. origin. *Lophiost. Berberidis* in Herb. Nitschk.)

Var. **Rosacearum** Rehm Asc. Loik. n. 53, Sacc. Syll. Pyr. II, p. 689. *Lophium granulosum* Cr. Fin p. 29, *Lophiostoma gran.* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 633. Lehm. Pyr. Loph. p. 96 p.p. *Lophiost. Requienii* Fabr. Spher. Vaucl. I, p. 106, fig. 54. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 692.

Hab. in cortice ramorum Rosae, Pruni, Crataegi *in Germania, Italia, Gallia et Transylvania.* (**Tab. V, fig. 4.** — Ex exempl. in *Crataego* prope « Ascoli » It. mediae a me collecto.)

Perithecia sparsa, 1/3-1/2 mm. diam.; asci 90-100 ≈ 10-12; sporidia 15-18 ≈ 6-7.

Var. **caespitosum** Fuck. Symb. Myc. App. II, p. 29, fig. 9 (ut spec.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 690 (ut sp.) *Lophiost. acervatum* Karst. Myc. Fenn. II, p. 85, Sacc. Syll. Pyr. II, p. 693. *Loph. granulosum* Lehm. Pyr, Loph. p. 96 p. p.

Hab. in ramis Pruni Padi *et* Crataegi Oxyacanthae *in Germania et Fennia.* (**Tab. V, fig. 5.** — Ex exempl. origin. *Loph. acervati* Karst.)

Perithecia caespitose collecta; asci 85-95 ≈ 16-18; sporidia 22-24 ≈ 6-7.

Var. **dumeti** Sacc. Mich. I, p. 448, F. it. 224, Syll. Pyr. p. 690. (ut sp.)

Hab. ad ramos corticatos Rubi fruticosi « Vittorio » *It. bor.*

Ex autopsia exemplarium typicum patet, speciem saccardianam a *Loph. quadrinucl.* nisi sporidiis utrinque acutioribus differre, et potius quare *var.* habendam.

Lophiostoma rhopaloides Sacc. Fungi It. n. 237. Syll. Pyr. II, p. 689. *Loph. quadr.* *L. *rhopaloides* Sacc. Mich. I, p. 43.

Hab. in ligno nigrificato Castaneae vescae « Selva » *It. bor.* (**Tab. VI, fig. 2.** — Ex exemplari orig. in Herb. Saccard.)

Perithecia 1/3 mm. diam., sparsa; asci 95-105 ≈ 12-14; sporidia 22-24 ≈ 6,5-8. Ob ostiola vix lophiostomacea, latiuscule pertusa, ad *Trematosphaeriam* vergit.

Lophiostoma Pruni Ellis in Journ. of Myc. IV, p. 64.

Hab. in ramis Pruni serotinae « Lyndonville » *Am. bor.* (**Tab. VI, fig. 3.** — Ex exempl. origin. a cl. Ellis benevole comun.)

Perithecia 1/3 mm. diam.; asci 80-90 ≈ 8-9; sporidia 18-20 ≈ 6-7. Affine *L. quadrinucleato*, (a quo loculis eguttulatis praecipue differt) et *L. pseudomacrostomo*, sed sporidiis raro 4-5-septatis, et longitrorsum divisis.

Lophiostoma isomerum Nitschke in Lehm. Syst. Bearb. Pyr. Loph. p. 86, fig. 57. Berl. et Vogl. Add. ad Syll. p. 426.

Hab. in cortice Salicis *et* Quercus *pr.* Münster. (**Tab. V. fig. 6.** — Ex exempl. originali in Herb. Nitsch.)

Perithecia 1 mm. diam., subinde ostiolo 1 $\frac{1}{2}$ mm. longo, asci 120-130 ≈ 16-20; sporidia 20-22 ≈ 8-10.

Lophiostoma fallacissimum Karst. in Hedw. 1884, n. 2, p. 1. Rev. Mon. Asc. Fenn. p. 86. Berlese et Vogl. Add. ad Syll. p. 258.

Hab. in cortice Tiliae ulmifoliae *prope* Aboam *Fenniae* (**Tab. V, fig. 7.** — Ex exempl. originali a cl. Karst. benevole comunic.)

Perithecia ut plurimum conferta, $\frac{3}{4}$ mm. diam.; asci 140-160 ≈ 12-15; sporidia 28-31 ≈ 9-11. Affine *L. Desmaz.* a quo differt in primis sporidiis semper levibus.

Lophiostoma Desmazierii Sacc. et Speg. Mich. I, 441. Sacc. Fungi it. 606. Syll. Pyr. II, p. 693. *Loph. viridarium* Cooke Handb. p. 849, Sacc. Syll. II, p. 691. *Lophiost. Syringae* Fabre Spher. Vaucl. I, p. 104, fig. 51. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 692. *Loph. striatum* Sacc. Miscell. Myc. I, p. 7 Berlese et Vogl. Add. Syll. p. 258 *Massaria alpina* Sacc. et Speg. Mich. I, p. 440, Sacc. F. it. 412. Syll. Pyr. II, p. 8. *Lophiost. diminuens* Lehm. Loph. p. 93, fig. 26-30 (non Pers.) *Loph. oblongatum* Otth. Verz. schweiz. Pilze n. 136 (sec. Lehm.)

Hab. in ramis Pruni, Corni, Rhamni, Syringae, Aceris, Persicae, Populi, Crataegi, *in Germania, Italia, Britannia*, (**Tab. V, fig. 8.** — Ex exemplari origin. *Lophiost. viridarii*).

Perithecia gregaria vel sparsa, $\frac{1}{3}$-$\frac{1}{2}$ mm. diam.; asci 150-170 ≈ 12-15; sporidia 28-35 (raro 40) ≈ 8-10, striato-muriculata, gelatinâ cincta.

Lophiostoma perversum De Not. Schema p. 219. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 694. Berl. Fungi Moric. fasc. I, n. 4 fig. 1-8 *Sphaeria perv.* De Not. Micr. it. Dec. VII, fig. VIII, p. 125. *Loph. Sambuci* Lehm. Syst. Bearb. p. 14 p. p.

Hab. ad ramulos decorticatos Mori, Populi *et* Lonicerae (?) *in agro Veneto et in monte* « Cenisio » (**Tab. VI, fig. 4.** — Ex exempl. in *Moro alba* in Herb. mev.)

Perithecia subgregaria $\frac{1}{3}$ mm. diam.; asci 70-80 ≈ 12-14; sporidia 20-23 ≈ 7. Sporidiis saltem in juventute minute appendiculatis. L. *simillimo* cognatum.

Lophiostoma caulium (Fr.) Ces. et De Not. Sch. p. 45, Niessl. in Hedw. 1875, p. 21-24, Sacc. Syll. Pyr. II, p. 697. *Sphaeria caul.* Fr. S. M. II, 509. *Loph. mendax* Ces. et De Not. Sch. p. 45. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 697. *Loph. commutatum* Lehm. Loph. p. 81, fig. 22. Berl, et Vogl. Add. Syll. p. 429. *Loph. Galii* Lehm. Loph. p. 85. Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 428. *Loph. Dipsaci* Lehm. Loph. p. 84, fig. 12. Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 428. *Loph. parvulum* Nitsch. in Loph. p. 42, fig. 15. Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 428).

Hab. in caulibus plantar. plurium, in fere tota Europa et Am. merid. (**Tab. VI, fig. 5.** — Ex Rehm Ascom. exsicc. n. 181. In *Ononide spinosa*.)

Perithecia sparsa, $\frac{1}{3}$ mm. diam.; asci 80-90 ≈ 12; sporidia 18-22 ≈ 6-7. (Cfr. f. *microspora* in *Ononide* Sacc. Syll. l. c, et *Loph. commutatum* Lehm. l. c.)

Forma **majus** Rehm Asc. n. 749.

Hab. in caulibus Artemisiae « Regensburg » (**Tab. VI, fig. 6.** — Ex exempl. origin. - Asc. n. 749.)

Perithecia sparsa; asci 90-110 ≈ 14, (p. sp.); sporidia 28-30 ≈ 8.

Forma **Sambuci**. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 698. *Leptosphaeria Samb.* Sacc. Myc. Ven. Sp. p. 104, tab. X, fig. 15-18. *Lophiost. Barbeyanum* Sacc. et Roum, Rev. Myc. 1883, tab. 41, f. 15. Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 257. *Loph. Sambuci* Lehm. Syst. Bearb. p. 111, p. p. (an Otth ?)

Hab. in ramis Sambuci nigrae « Padova » Ital. boreal. « Münster » et in *Gallia* (**Tab. VI, fig. 7.** — Ex exempl. origin. *Loph. Barbeyan.* in Herb. Sacc.)

Perithecia sparsa, 1/3 mm. diam.; asci 80-90 ≈ 14-16; sporidia 22-26 ≈ 8.

Lophiostoma vagans Fabr. Spher. Vaucl. I, p. 103, fig. 48-49. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 698.

Hab. ad caules et ramos varios in Gallia. (**Tab. VI, fig. 8.** — Ex exempl. origin. in *Quercu.*)

Perithecia 1/3-1/2 mm. diam.; sparsa, rarius gregaria; asci 70-90 ≈ 12-14; sporidia 16-20 ≈ 6-7. Valde affine *L. caulium.*

Lophiostoma erosum Ellis in Journ. of. Myc. III, p. 44.

Hab. in Salice thelena « Montana » *Am. bor.* (**Tab. VI, fig. 9.** — Ex exempl. originali.)

Perithecia sparsa, 1/3-1/2 mm. diam.; asci 100-110 ≈ 14; sporidia 22-24 ≈ 5-6.

Lophiostoma Arundinis (Fr.) Ces. et De Not. Schema, p. 220. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 699. Lehm. Loph. p. 87. *Sphaeria Arund.* Fr. S. M. II, p. 510. *Lophiost. semiliberum* f. *Arundinis* Lehm. Loph. p. 90. *Loph. palustre* Lehm. Loph. p. 89. Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 428.

Hab. in culmis exiccatis Arundinis *in fere tota Europa* (**Tab. VI, fig. 10.** — Ex exempl. in Herb. Nitsch.)

Perithecia sparsa vel gregaria, 1/3 mm. diam.; asci 80-90 ≈ 12-14; sporidia 28-32 ≈ 5-6.

Lophiostoma pseudomacrostomum Sacc. Mich. I, p. 339, Fungi it. 234, Syll. Pyr. II, p. 695. Berl. Fungi Mor. fasc. II, n. 6, fig. 12-18. *Loph. macrostomum* Plur. auc.. *Lophiost. compressum* Lehm. p. p.

Hab. in ramis plantarum nonnullarum in *Italia, Germania,* etc. (**Tab. VII, fig. 1.** — Ex exempl. *Lophidii compressi* in Herb. Nitschk.)

Perithecia 1/3-1/2 mm. diam., gregaria; asci 100-110 ≈ 10; sporidia 22-26 ≈ 6-8.

Lophiostoma macrostomoides De Not. Schema. 219, Sacc. Fungi it. 236, Syll. Pyr. II, p. 694. *Sphaeria macr.* De Not. Micr. it. Dec. VII, p. III.

Hab. in ligno Salicum *et* Populorum *in Italia, Germania et Gallia* (**Tab. VII, fig. 2.** — Ex Lophiostomacea populicola a cl. Fabre missa.)

Perithecia 1/3-1/2 mm. diam., gregaria; asci 120-140 ≈ 12-14; sporidia 26-28 ≈ 7-8.

Lophiostoma oreophilum Speg. Mich. I, p. 467, Sacc. F. it. 609. Syll. Pyr. II, p. 695.

Hab. in ramulis emortuis putr. Corni sanguineae *prope* « Belluno » *It. bor.* (**Tab. VII, fig. 3**).

Perithecia $^1/_4$ mm. diam.; asci 150 ≈ 16-20; sporidia 30-35 ≈ 8-10.

Lophiostoma elegans (Fabr.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 702. Berlese Fungi Mor. fasc. I, n. 3 fig. 8-14. *Navicella eleg.* Fabr. Spher. Vaucl. I, p. 97, fig. 36. *Loph. Balsamianum* Cald. in Erb. Critt. it. Ser. I, n. 649, (non De Not.)

Hab. in cortice Mori *et* Juglandis *in Gallia et Italia bor.* (Tab. VII, fig. 4. — Ex exempl. *Loph. Bals.* in Erb. critt. l. c.)

Lophiostoma simillimum Karst. Myc. Fenn. II, p. 84, Sacc. Fungi it. 227, Syll. Pyr. II, p. 707. *Loph. bicuspidatum b.* Cooke Handb. p. 849. *Leptosphaeria Achilleae* Sacc. Myc. Ven. Sp. p. 104, t. X, fig.19 *a. b. Loph. Galeopsidis* Lehm. Loph. 4. 84, fig. 13. Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 427.

Hab. in ramis et caulibus plantarum plurium in Fennia, Britannia, Italia, Gallia. (**Tab. III. fig. 5.** — Ex exempl. orig. *Lept. Achilleae* in Herb. Sacc.)

Perithecia sparsa vel subgregaria, $^1/_3$ mm. diam.; asci 85-95 ≈ 12-14; sporidia 24-28 ≈ 6-8. *Loph. insid.* valde affine, et in nonnullis formis (in *Moro* in *Dipsaco* etc.) aegre distinguendum.

Lophiostoma insidiosum (Desm.) Ces. et De Not. Schema, p. 220. Sacc. F. it. t. 226. Syll. Pyr. II, p. 703. *Sphaeria insid.* Desm. VIII Not. 1841, p. 16, t. 14. *Loph. caulium* Fuck. Symb. p. 156. *Loph. appendiculatum* Niessl nec Fuck. *Loph. gramineum* Sacc. Mich. I, 543. Syll. Pyr. II, p. 704. *Loph. Menthae* Kirkn. in Thuem. F. Austr. n. 1163 et F. novi Austr. p. 3. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 705. *Loph. ruscicola* (Fabr.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 705. *Rostrella ruscic.* Fabr. Spher. Vaucl. I, p. 102, fig. 45. *Rostr. Rutae* Fabr. l. c. II, p. 58. *Loph. Rutae* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 706. *Rostrella Silai* Fabre l. c. II, p. 58. *Loph. Silai* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 706. *Rostr. Cynopis* Fabr. l. c. II, p. 58. *Loph. Cynopis* Sacc. Syll. II, p. 706. *Loph. Lappae* Lehm. Loph. p. 26, fig. 4. Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 430.

Hab. in caulibus plantarum plurium frequens in tota fere Europa (**Tab. VII, fig. 6.** — Ex exempl. in Herb. meo, cum multis e variis regionibus Europae comparat.)

Perithecia sparsa, $^1/_4$-$^1/_3$ mm. diam.; asci 70-80 ≈ 10; sporidia 20-27 ≈ 8-10 (in formis nonnullis etiam 18 et in aliis usque 35 longa).

Lophiostoma Niessleanum Sacc. Mich. I, p. 447. Fungi it. 223. Syll. Pyr. II, p. 705. *Loph. intermedium* Sacc. Myc. I, 322. F. it. 225. Syll. Pyr. II, p. 704. *Loph. Diaporthe* Lehm. Loph. p. 28, fig. 8. Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 429. *Loph. chrysosporum* Karst. in Rev. Myc. 1888, Juillet p. 8.

Hab. in caulibus Asteris Novi Belgii, Achilleae, Gei urbani, Salviae *in ramulis* Sambuci racemosae *in Italia, Germania et Fennia* (**Tab. VII, fig.7.** — Ex exempl. orig. in Herb. Sacc.)

Perithecia gregaria vel sparsa, $^1/_4$-$^1/_3$ mm. diam.; asci 80-90 ≈ 10-12, sporidia 26-30 ≈ 5-7.

Lophiostoma Stuartii Fabr. Spher. Vaucl. I, p. 102, fig. 46. Sacc. Syll.

Pyr. II, p. 699. *Lophidium Santolinae* Fabr. Spher. Vaucl. I, p. 99, fig. 40. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 716.

Hab. in ramis Thymi vulgaris, Rosmarini offic. *et* Santolinae Chamaecyparissi *in Gallia* (Vaucluse) (**Tab. VII, fig. 8.** — Ex exempl. origin. in Rosmarino, et cum *Lophid. Santol.* minute comparato.)

Perithecia sparsa, usque $1/2$ mm. diam.; asci 90-100 ≈ 12; sporidia 24-28 ≈ 5-7, juvenilia 3-5 septata, numquam (neque in typico *Lophid. Santol.*) muriformia.

Lophiostoma congregatum Harkn. New. Calif. Fungi p. 26. Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 259.

Hab. in ramis decortic. Sambuci racem. « Sierra Nevada » *Californiae* (**Tab. VIII. fig. 1.** — Ex exempl. origin. in Herb. Sacc.)

Melanomma subdispersum (Karst.) Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 148. *Sphaeria subdispersa* Karst. in Hedwigia 1884 p. 57.

Hab. *ad corticem* Betulae albae *in Sibiria occidentali prope* « Saniarova » (**Tab. XXI, fig. 5.** — Ex specim. orig.)

Perithecia sparsa, mycelio basi cincta, $^1/_3$ mm. d.; asci 90-100 ≈ 10-14; sporidia 20-23 ≈ 5-6. Affine *M. dubioso* sed minus.

Melanomma Granati Fabre Spher. Vaucl. II, p. 54, fig.30 Sacc. Syll. Pyr. Add. vol. II, p. LVIII. *Melanomma Requienii* Fabre Spher. Vaucl. I p. 92 f.29. Sacc. Syll. Pyr. II p. 107.

Hab. *ad ramos emortuos* Rhamni infectorii *et* Punicae Granati *in Gallia* (**Tab. XXI, fig. 6.** — Ex specim. orig.)

Melanomma buellioides (Rehm) Berl. *Trematosphaeria buellioides* Rehm. Beitr. Augsburg. Pilzflora p. 78. Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 150.

Hab. *in assere* Pineo *fabrefaco prope* « Augsburg » *Germaniae* (**Tab. xxii, fig, 1**. — Ex specim. orig.)

Perithecia $^1/_5$-$^1/_4$ mm. d., asci 70-80 ≈ 12-15; sporidia 18-20 ≈ 6-8.

Melanomma Aspegrenii (Fries) Fuck. Symb. Myc. p. 159, Tab. III, fig. 29, Sacc. Syll. Pyr. II, p. 100. Briard. Flor. Crypt. Aube, p. 307. *Sphaeria Aspegrenii* Fries in Kunze Myc. Heft. II, p. 40 — Syst. Myc. II, p. 455 — Karst. Rev. Asc. p. 48.

Hab. *ad ramos truncosque* Pruni *et* Betulae *in Suecia, Britannia, Germania, Gallia et Fennia* (**Tab.xxii, fig.2**. - Ex specim. gallicis Briardianis in Herb.Sacc.)

Perithecia gregaria, $^1/_4$-$^1/_3$ mm. d.; asci 80-90 ≈ 8-10; sporidia 12-14 ≈ 5-6.

Melanomma minimum (Ellis) Berl. *Lophiostoma minimum* Ellis Journ. of. Myc. IV, p. 75.

Hab. ad *lignum cariosum* « Louisiana » *Amer. Bor.* (**Tab.xxii. fig.3**. — Ex specim. orig.)

Perithecia subsparsa, $^1/_3$-$^1/_4$ mm. d.; asci 70-80 ≈ 10-12; sporidia 13-16 ≈ 6-8.

Melanomma surrectum (Cooke) Berl. *Sphaeria surrecta* Cooke in Grevill. V p. 110. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 114.

Hab. *in ligno* pineo *in Britannia et* populeo *in Amer. Bor.* (**Tab. xxii, fig. 4**. — Ex spec. orig. a claro Cooke benevole comunicatis.)

Perithecia plus minusve immersa, haud raro tantum basi ligno insculpta, $^1/_3$ mm. d.; asci 100-115 ≈ 14-16; sporidia 20-23 ≈ 7-8.

Melanomma pertusum (Pers) Berl. *Sphaeria pertusa* Pers. Syn. Fung. p. 13, Karst. Myc. fenn. II, p. 90 Rev. Asc. fenn. p. 46. — *Trematosphaeria pertusa* Fuck. Symb. Myc. p. 162 Sacc. Syll. Pyr. II, p. 115 - Berl. Fungi Moricolae f. I, n. 6, fig. 8-11. Winter Pilze II, p. 269, Briard Florul. Crypt. Aube p. 308. *Trematosphaeria errabunda* Fabre Spher. Vaucl. I. p. 94 f. 32. Sacc. Syll. Pyr. II. p. 119.

Hab. *in ligno vetusto arborum variarum in Italia, Germania, Gallia, Britannia, Suecia, Fennia et Belgio haud raro* (**Tab. xxii, fig. 5**. — Ex specim. in Moro in Herb. meo cum aliis multis e regionibus variis minutim comparato).

Perithecia sparsa vel dense gregaria, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 80-100 ≈ 10-14; sporidia 25-30 ≈ 6-8.

Var. anglicum (Plowright) Berl. *Trematosphaeria pertusa Var. anglica* Plowright in Herb. *Trematosphaeria anglica* Sacc. Syll. Pyr. II. p. 115.

Hab. *in ligno exsiccato* Fraxini « King's Lynn » *Britanniae* (**Tab. xxii, fig. 6**. — Ex specim orig. in Herb. Sacc.)

Perithecia gregaria, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 120-130 ≈ 12-15; sporidia 28-30 ≈ 7-8 (non 30-38 ≈ 8 ut in Syll.)

Melanomma dubiosum Sacc. Myc. I, p. 303, Fungi ital. p. 337. Syll. Pyr. II, p. 106. *Trematosphaeria Vindelicorum* Rehm Asc. n. 479 Sacc. Syll. Pyr. II, p. 122.

Hab. *in trunculis emortuis* Globulariae cordifoliae, Medicaginis lupulinae *et ad asseres* pineos *in Italia Bor. et Germania* (**Tab. XXIII, fig. 1.** — Ex specim. orig. in Herb. Sacc. cum iis *T. Vindel.* orig. minutim comparatis).

Perithecia gregaria vel sparsa, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 100-110 ≈ 18-20; sporidia primo hyalina dein lutescentia demum opace fuliginea, loculis extimis pallidioribus, 28-32 ≈ 9-11. Affine *M. pertuso* praecipue *var. anglico.*

Melanomma nuclearium (De Not.) Berl. *Sphaeria nuclearia* De Not. Micr. ital. Dec. IX p. 462 f. IV - *Trematosph. nuclearia* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 121. *Hypoxylon nucitena* Berk. et Curt. North Amer. Fungi 844 *Melanomma ? nucitena* Sacc. Syll. Pyr. II p. 103.

Hab. *in putaminibus* Olearum *et in nucibus* Caryae *in Italia et Am. Bor.* (**Tab. XXIII, fig. 2.** — Ex specim. orig. Berkeleyanis cum iis Notarisianis minutim comparatis).

Perithecia gregaria, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 40-45 ≈ 8-12; sporidia 14-16 ≈ 5-6.

Melan. nuclearium var. maius Berl. *Melan. Minervae* Fabre Spher. Vaucl. p. 91 f. 26. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 105.

Hab. *ad putamina* Olearum *et* Amygdali communis *nec non* Pruni Armeniacae « Vaucluse » *Galliae* (**Tab. XXIII, fig. 3.** — Ex specim. orig. a claro Fabre benevole comunicatis).

Perithecia sparsa $^1/_2$ mm. d.; asci 80-100 ≈ 16; sporidia 22-24 ≈ 7-9.

Melanomma Passerinianum Berl. *Trematosph. Beccariana* Pass. Flor. Bogos p. 145, Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 417. nec Ces.

Hab. *in corticibus vetustis prope* « Kerem » *Abyssiniae* (Beccari) (**Tab. XXIII, fig. 4.** — Ex specim. orig. a claro Passerini comunicatis).

Perithecia sparsa, $^1/_4$-$^1/_3$ mm. d.; asci 75-90 ≈ 12-15; sporidia 20-23 ≈ 6-7.

Melanomma pleurostomum (Rehm.) Berl. *Tremat. pleurostoma* Rehm. Ascom. n. 530. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 119. Winter Pilze II, p. 272.

Hab. *ad asserem riparium* (pineum ?) *prope* « Augsburg » *Germaniae* (**Tab. XXIII, fig. 5.** — Ex Rehm. Asc. n. 530).

Perithecia subsparsa, $^1/_4$ mm. d.; asci 150-170 ≈ 10-12; sporidia 25-28 ≈ 8.

Melanomma congestum (Cooke) Berl. *Psilosphaeria congesta* Cooke Austr. Fungi p. 57 *Tremat. congesta* Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 150.

Hab. *in corticibus* « Twofold Bay » in *Australia* (**Tab. XXIII fig. 6.** — Ex specim. orig. a claro Cooke benevole comunic.)

Perithecia conferta, $^1/_3$ mm. d.; saepe subcylindrica. $^1/_2$ mm. alta; asci 140-160 ≈ 18-20; sporidia 30-40 ≈ 10. Sporidiis fabrica *M. pleurost.* affine sed maius.

Melanomma tornatum Sacc. et Paol. Fungi Malacenses p. 23 tab. 6 fig. 4.

Hab. *in culmis* Bambusae ? « Malacca » (**Tab. XXIV, fig. 1.** — Ex specim. orig. a claro Sacc. benevole comunic.)

Perithecia subsparsa, $^1/_2$-$^2/_4$ mm. d.; asci 140-150 ≈ 12-14; sporidia 40-52 ≈ 8 (sine appendiculis) Ad *Leptosph.* vergit.

Melanomma Vesuvius (B. et Br.) Berl. *Sphaeria Vesuvius* B. et Br. Ceyl. Fungi n. 1107. *Trematosph. Vesuvius* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 119 (**Tab. xxiv, fig. 2.** — Ex specim. orig.)

Hab. *in ligno putri* « Ceylon. »

Perithecia sparsa, 1-1½ mm. d.; asci.... (jam resorpti); sporidia 45-48 ≈ 9-11. Magnitudine atque forma peritheciorum species praedistincta.

Melanomma Langloisii (Ellis) Berl. *Lophiostoma Langl.* Ellis in Journ. of Myc. III, p. 44.

Hab. *in ligno emortuo* Salicis nigrae « Point a' la Hache » *Am. Bor*, (**Tab. xxiv, fig. 3.** — Ex specim. orig. a claro Ellis benevole comunic.)

Perithecia sparsa, ½ mm. d.; asci 150-170 ≈ 18-22; sporidia 36-42 ≈ 10.

Melanomma hydrophilum (Karst.) *Sphaeria hydrophila* Karst. Symb. Myc. IV p.187. Rev. Ascom fenn. p. 46 *Trematosph. hydrophila* Sacc. Syll. Pyr. II, p.119.

Hab. *in ligno indurato vetusto* Pini *aqua interdum suffuso prope* « Mustiala » *Fenniae* (**Tab. xxiv, fig.4.** — Ex specim. orig. a claro Karst. benevole comunic.)

Perithecia sparsa ⅓ mm. d.; asci 160-170 ≈ 14-17; sporidia 35-38 ≈ 8-10.

Melanomma clypeatum (Sacc. et Paol.) Berl. *Trematosph. clypeata* Sacc. et Paol. Fungi Malac. p. 23 tab. 6. f. 5.

Hab. *in corticibus* « Malacca » (**Tab. xxiv, fig. 5.** — Ex specim. orig. a claro Saccardo benevole comunic.)

Perithecia sparsa, 1 mm. d.; asci 105-115 ≈ 10-12; sporidia 18-22 ≈ 7-8.

Melanomma Olearum (Karst.) Berl. *Sph. Olearum* Cast. Catal. Plant. Mars. p. 116 - Desmaz. 13 vol. 1844 p. 352 - *Caryospora Olearum* Sacc.Mich. I, p. 451 - Fungi ital. tab. 204 - *Tremat. Olearum* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 118. Winter Pilze II, p. 271 Berl. Pug. funghi Fior. p. 13 tab. II fig. 8 *Tremat. melina* Rab. Fungi Eur. n. 1019 et 1835 (non B. et Br.) Winter in Hedw. 1885 p. 102 Pilze II, p. 271.

Hab. *ad corticem* Oleae europeae *in Italia*, *Austria*, *Gallia*, *Germania* (**Tab. xxiv, fig. 6.** — Ex specim. ital. cum iis Rab. comparatis).

Perithecia sparsa vel gregaria, ½ mm. d.; asci 170-190 ≈ 20-25; sporidia 28-35 ≈ 11-13.

Melanomma Passerinii (Rab.) Berl. *Kalmusia Passerinii* Rab. in Hedw. 1877 p. 18 - *Tremat. obtusula* Berl. Fungi Moric. fasc. V, n. 12 tab. 26 fig. 6-10. Champignons du Frioul. p. 8.

Hab. *in ligno* Quercus, Mori *et* Tiliae *prope* « Parma Vittorio, Osoppo » *Ital. Bor.* (**Tab. xxv, fig. 1.** — Ex specim. orig.)

Perithecia ⅓ mm. d.; sparsa; asci 110-120 ≈ 18-20; sporidia 32-34 ≈ 10-12.

Melanomma mundum (Pass.) Berl. *Kalmusia munda* Pass. Diagn. funghi nuovi IV p. 5.

Hab. *in ligno* Quercus « Parma » *Ital. Bor.* (**Tab. xxv. fig. 2.** — Ex specim. orig. a claro Pass. benevole comunic.)

Perithecia sparsa, ½ mm. d.; asci 160-175 ≈ 18-24; sporidia 38-42 ≈ 14-16.

Melanomma pachyascum (C. et Ell.) Berl. *Sphaeria pach.* C. et E. New Yersey Fungi in Grevill. IV, 179, t. 68 f. 1.

Hab. *in ligno* quercino *decorticato* New Yersey Am. bor. (**Tab. XXV, fig. 3.** — Ex specim. orig. a claro Cooke benevole comunic.)

Perithecia sparsa, ¼ mm. d.; asci 100-110 ≈ 12-14; sporidia 28-30 ≈ 4-5. — Cur *pachyascum*? Dimensiones Cookeanas sporidiorum valde nostris majores. Ad *Lephosphaeriam* vergit.

Melanomma seminis (Cooke et Hark) Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 149. *Sphaeria seminis* C. et H. in Grev. XIII p. 18.

Hab. *in ramis* Baccharidis *in California* (**Tab. XXV, fig. 4.** — Ex specim. orig.)

Perithecia gregaria, ⅓-½ mm. d.; asci 115-125 ≈ 12; sporidia 46-56 ≈ 6. Ad *Leptosphaeriam* vergit et genus hoc minime abhorret.

Melanomma callicarpum (Sacc.) Berl. *Caryospora callicarpa* Sacc. Mich. I p. 331, et 451. Fungi ital. t. 202. (nec Curr.) *Conisphaeria peniophora* Cooke Grev. VIII p. 119. *Trematosph. pen.* Sacc. Syll. Pyr. II p. 117, *Melanomma hydrelum* Rehm. Asc. n. 640, et in Hedw. 1882 p. 82. *Trem. hydrela* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 117. Winter Pilze II, p. 272.

Hab. *in lignis atque corticibus in Ital. bor. Germania, Arduennis et America bor.* (**Tab. XXV, fig. 5.** — Ex specim Libertianis cum iis orig. *T. hydrelae* et *T. peniophorae* minutim comparatis.)

Perithecia gregaria, vel sparsa ½-⅔ mm. d.; asci 220-240 ≈ 30-35; sporidia 85-95 ≈ 16-20.

Melanomma lichenopsis (Mass.) Berl. *Sphaeria lichenopsis* Mass. in Flora 1856 p. 242, tab. III, f. 6-7. *Caryospora Lichenop.* Sacc. Fungi, ital. tab. 203.

Hab. *in cortice adhuc vegeto* Cerasorum *juniorum in agro Veronensi et Tarvisino Ital. bor.* (**Tab. XXVI, fig. 1.** — Ex specim. Saccardianis).

Perithecia subsparsa, ½-¾ mm. d.; asci 160-180 ≈ 18-24; sporidia 40-42 ≈ 11-13.

Melanomma megalosporum Rehm Ascom. n. 536, (non *Sphaeria megal.* De Not quae ex autopsia specim. orig. est *Teichospora*). *Trematosph. megalospora* Winter Pilze II p. 272. *Melanomma Britzelmayrianum* Rehm Asc. n. 588 et in Hedw. 1881 p. 51 (ut var. *Mel. megalospori*) *Tremat. Britzel.* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 120 Winter Pilze II. p. 261 et 273. *Leptosphaeria Saccardiana* Fabre Spher. Vaucl. I, p. 80 Sacc. Syll. Pyr. II, p. 42 *Requienella Saccardiana* Fabre Spher. Vaucl. II, p. 56 fig. 35. *Trematosph. Alaterni* Sacc. Syll. Pyr. Add. Vol. II, p. LX. *Requienella Alaterni* Fabre l. c. II, p. 56 f. 33.

Hab. *in ramis emortuis* Pini, Berberidis, Rhamni Alaterni *et* Crataegi Oxyacanthae *in Germania et Gallia* (**Tab. XXVI, fig. 2.** — Ex specim. Rehmianis Asc. n. 536 a cum Fabreanis minutim comparatis.)

Perithecia sparsa vel gregaria, 1/2 mm. d.; asci 150-180 ≈ 20-30; (Subinde 120 ≈ 30; sporidia 40-50 ≈ 12-14.

Species e genere excludendae

Melanomma vile (Fries) Fuck. est Teichospora - *Melanomma obtusum* Sacc. est *Leptosphaeria vagabunda* - *Melanomma Orni* (De Not.) Sacc. est *Clypeosphaeria Notarisii* forma *lignicola*. Clarus De Not. in schedulis herbarii specii huic allatis observat: Affinis *Sphaeriae clypeiformi* - *Melanomma Jenynsii* (B. et Br.) Sacc. Sec. specim. orig. est *Lophiotrema* non bene evolutum et verisimiliter a *L. praemorso* minime distinguendum - *Melanomma obliterans* (B. et Br.) Sacc. est *Zignoella* nam in specim. orig. sporidia semper hyalina observavi. *Melanomma Catillus* Sacc. est *Amphisphaeria*, sporidia uniseptata, biguttata - *Melanomma Stevensoni* est potius *Physalospora*, perithecia 1/5 mm. d.; sporidia 2-3 guttulata 4-6 ≈ 1,5-2 hyalina; asci 30-40 ≈ 5-6 (Ex specim. orig.) - *Melanomma Eckfeldtii* (Ellis et Sacc.) est *Didymella*; sporidia senectute fuscescunt et tum subinde plasma in partes 4 dividitur (Ex specim. orig.) *Melanomma conjugatum* est *Leptosphaeria* (Ex specim. orig.) *Melan. Moutonianum* Sacc. est *Zignoella* nam sporidia tantum senectute fuscescunt. (Ex specim. orig.) *Melan. Caricae* Pass. est potius *Leptosph.* (Ex spec. orig.) - *Melan. Porothelia* (B. et C.) Sacc. est *Leptosphaeria* (Ex sp.orig.) *Melanomma cyrillicolum* (B. et C.) Sacc. est *Zignoella* (Ex specim orig.) *Melanomma brachytele* (B. et Br.) Sacc. est *Amphisphaeria* (Ex specim. orig.) *Melanomma loepophagum* (Tul.) Sacc. certe non est. *Melanomma*; in specim. orig. nihil inveni Sphaeriaceum. Species probe ex orbe mycetum expellenda. *Melanomma helicophilum* (Cooke) Sacc. Ex specim. orig. nihil eruere potui. Certe ut videtur species non ad *Melanomma* pertinet - *Melanomma acutum* est *Lophiostoma simillimum*. Sporidiis appendiculatis gaudet! - *Melanomma ceratophorum*, *M. longicolle*, *M. Cesatianum* ad genus novum (*Rhynchosphaeria*) pertinent - *Melanomma hirtulum*, *M. pilosellum*, *M. canescens*, *M. hispidulum*, *M. cucurbitarioides*, *M. juniperinum* ad genus novum (*Chaetomastia*) pertinent - *Melanomma Briardianum* Sacc. est *Stuartella* (Ex specim. orig.) - *Trematosphaeria callispora* (De Not.) Sacc. est *Lophiotrema mussarioides* (Ex specim. orig.) *Trem. melina* (B. et Br.) Sacc. est *Clypeospaeria Notarisii* forma lignicola (Ex spec. orig.) *Tremat. megalospora* (De Not.) Sacc. est *Teichospora* - *Tremat. Pseudo-Bombarda* (Mont.) Sacc. est *Lasiosphaeria* (Ex spec. orig.) *Trematosph. araneosa* (Quel.) Sacc. Est verisimiliter *Lasiosphaeria*. - *Trem. princeps* (Fabr.) Sacc. Est *Teichospora* (Ex spec. orig).

Species non examinatae vel dubiae (1)

Melanomma Heufleri (Auersw.) Sacc. *M. sparsum* Fuck. *Mel. subsparsum* Fuck. *M. Cubonianum*. Sacc. *M. Gibellianum* Sacc. *M. Verrucaria* (Fries) Sacc. *M. Lambottianum* Sacc. *M. Hendersionae* (Fuck.) Sacc. *M. rhodomelum* (Fries) Sacc. *M. globigerum* (Moug. et Lev.) Sacc. *M. Beccarianum* (Ces.) Sacc. *M. occidentale* (Ellis) Sacc. *M. Solorinae* (Anzi) Sacc. *M. callispermum* Speg. *M. porphyrostomum* (Kunze) Berl. *M. decipiens* (De Not.) Berl. *M. seminudum* (Pers.) Berl. *M. applanatum* (Oud.) Berl. *M. Fritzii* Schrot. *M. pyrenogenum* (Dur. et Mont.) Sacc. *M. Buxi* Fabre *M. Martinianum* (Lamb.) Sacc. *M. crypticum* (Karst.) Sacc. *M. taphrinoides* Sacc. *M. populinum* Schulz. et Sacc. *M. sulcatum* (Ellis) Berl. et Vogl. *M. fallax* Mouton *M. australe* Speg. *M. fuegianum* Speg. *M. nigriseptum* Speg. *M. lophiostomoides* (Speg.) Berl. *M. hendersonioides* (Oud.) Berl. *M. provectum* (Karst.) Berl. *M. fissum* Fuck.

CHAETOMASTIA Sacc. Syll. Pyr. II, p. 113, (ut subgenus).

Perithecia superficialia vel vix ligno infossa, setosa. Asci octospori. Sporidia transverse pluriseptata, colorata.

(1) Harum specierum exemplaria pro maxima parte temporis injuria interciderunt vel tam parca copia a collectoribus inventa sunt, ita ut tantum ad diagnosim concinnandam adhiberi potuerint.

Chaetomastia pilosella (Karst.) Berl. *Sphaeria pilosella* Karst. Myc. fenn. II, p. 96 — *Melanomma pilosellum* Karst. Symb. Myc. fenn. II, p. 246. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 114.

Hab. *in ligno* Coryli Avellanae *putrescente in insula* « Runsala » *Fenniae* (**Tab. XXVI, fig. 3.** — Ex specim. orig. a claro Karst. benevole comunic.)

Perithecia gregaria, rarius sparsa, asci $^1/_5$-$^1/_7$ mm. d.; asci 50-60 ≈ 8-9; sporidia 9-12 ≈ 3 4.

Chaetomastia hispidula (Sacc.) Berl. *Melanomma hispidulum* Sacc. Mich. I, p. 450. Fungi it. Tab. 295. Syll. Pyr. II, p. 114. *Melanomma setosum* Mouton in Bul. Soc. Bot. Belg. 1886 p. 153 Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 416.

Hab. *in ligno putrescente* « Selva » *Ital. Bor. et* « Beaufays » *Belgii* (**Tab. XXVI, fig. 4.** — Ex specim. orig. a claro Saccardo benevole comunic.)

Perithecia laxe gregaria, $^1/_7$-$^1/_8$ mm. d.; asci 40-45 ≈ 12-15; sporidia 10-13 ≈ 5-6; triseptata et raro 5-septata aut muriformia. Affinis *C. pilosellae*.

Chaetomastia hirtula (Karst.) Berl. *Sphaeria hirtula* Karst. Myc. fenn. II, p. 96. Rev. Mon. Asc. fenn. p. 96 *Melanomma hirtulum* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 113.

Hab, *in sarmentis putrescentibus* Rubi idaei « Mustiala » *Fenniae* (**Tab. XXVI, fig. 5.** — Ex specim. orig.)

Perithecia sparsa vel subgregaria $^1/_5$-$^1/_4$ mm. d.; asci 90-100 ≈ 12, tetraspori (subinde 6-spori); sporidia 20-22 ≈ 6-7.

Chaetomastia canescens (Speg.) Berl. *Melanomma canescens* Speg. in Sacc. Mich. I, p. 460. Fungi it. tab. 638. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 114.

Hab. *ad asseres abietinos putrescentes* « Conegliano » *Ital. bor.* (**Tab. XXVI, fig. 6.**)

Perithecia $^1/_4$-$^1/_3$ mm. d.; asci 70-90 ≈ 15-18; sporidia 20-25 ≈ 10.

Chaetomastia juniperina (Karst.) Berl. *Sphaeria juniperina* Karst. Myc. fenn. II, p. 89. Rev. Asc. fenn. p. 96. *Melan. junip.* Sacc. Mich. I, p. 344. Syll. Pyr. II, p. 110.

Hab. *in ligno* Juniperi communis *prope* « Mustiala » *Fenniae* (**Tab. XXV, fig. 7.** — Ex specim. orig.)

Perithecia sparsa $^1/_3$ mm. d.; asci 80-90 ≈ 8-10; sporidia 16-22 ≈ 5-7.

Chaetomastia aculeata (Mout.) Berl. *Melanomma aculeatum* Mout. in Bull. Soc. R. Bot. Belg. 1886, p. 154 Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 416.

Hab. *in ligno putri* « Beaufays » Belgii (**Tab. XXXIV, fig. 6.** — Ex spec. orig. Exemplaria sero habui et tantum in tabula hac delineare potui.)

Perithecia sparsa, $^1/_6$-$^1/_8$ mm. d.; asci 50 ≈ 9; sporidia 18-20 ≈ 4-6.

Species non examinata

Chaetomastia cucurbitarioides (Speg.) Berl.

Species e genere excludenda

Melanomma (*Chaetomastia*) *plejosporum* Mouton ad genus *Capronia* pertinet nam sporidiis muriformibus gaudet.

STUARTELLA Fabre Spher. Vaucl. p. 95. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 123.

Perithecia carbonacea, simplicia, plus minusve irregulariter, profunde et radiatim tri-quadrisulcata. Asci octospori. Sporidia colorata, transverse pluriseptata.

Stuartella formosa Fabre Spher. Vaucl. p. 95, fig. 34, Sacc. Syll. Pyr. II, p. 123. *Tramatosphaeria irregularis* Fabre l. c. II, p. 53 fig. 27. Sacc. Syll. Pyr. Add. II, p. LV. *Melanomma Briardianum* Sacc. Fungi Gall. Ser. V n. 2213 Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 147.

Hab. *in ligno denudato ramorum* Salicis, Ribis, Lonicerae Xylostei, Quercus Illicis *prope* « Troyes » *et* « Vaucluse » *Galliae et* « Vigheffio » *prope* « Parma » *Ital. bor.* (**Tab. XXVII, fig. 1.** — Ex specim. Passerinianis cum gallicis Briardianis comparatis.)

Perithecia nunc sparsa nunc gregaria et confluentia, $1/2$ mm. d.; asci 150-160 ≈ 14-16; sporidia 38-42 ≈ 8-10.

RHYNCHOSPHAERIA Sacc. Syll. Pyr. II, p. 112 (ut subgenus).

Perithecia superficialia, carbonacea, in ostiolum plus minusve elongatum producta. Asci octospori. Sporidia transverse pluriseptata, colorata.

Rhynchosphaeria longicollis Sacc. Mich. I, p. 449. Fungi ital. p. 293. Syll. Pyr. II, p. 113. Penzig. Funghi agrum. p. 417. (sub *Melanomma*)

Hab. *in ramis decorticatis* Citri Limonii « Vittorio » *Ital. bor.* (**Tab. XXVII, fig. 2.** — Ex specim. orig. a claro Sacc. benevole comunic.)

Perithecia gregaria, $1/5$-$1/4$ mm. d.; asci 80-90 ≈ 12-15; sporidia 18-20 ≈ 6-7.

Rhynchosphaeria ceratophora Sacc. et Speg. Mich. I, p. 303. Fungi it. p. 339. Syll. Pyr. II. p. 113. (sub *Melanomma* sect. *Rhync.*)

Hab. *in culmis* Arundinis Donacis *emortuis* « Conegliano » *Ital. bor.* (**Tab. XXVIII, fig. 1.** — Ex specim. orig.)

Perithecia gregaria, $1/3$ mm. d.; asci 35-45 ≈ 6; sporidia 10-13 ≈ 3.

Rhynchosphaeria Irpex (Berk. et Br.) Berl. *Diatrype Irpex* B. et Br. Fungi of Ceyl. n. 1083. *Melogramma Irpex* Sacc. Syll. Pyr. II p. 145.

Hab. *in ligno putri* « Ceylon » (**Tab. XXVII, fig. 3.** — Ex specim. orig.)

Perithecia dense gregaria, 1 mm. d.; ostiolis usque 5 mm. longis, cylindraceis praedita; asci 120-150 ≈ 14-18; sporidia 60-70 ≈ 8.

Magnitudine atque fabrica sporidiorum *Melogrammati spinif.* valde appropinquatur, sed peritheciis simplicibus ab eo genere longe recedit. Certe eximia species, plura decimetra extensa. An cum *Melogr. spinif.* byologice cognata?

Species e genere Rhynchosphaeria excludendae

Melanomma acutum Sacc. est *Lophiostoma simillimum* sporidiis appendiculatis praeditum, ostiolo crasse cylindraceo vel compresso, rimose dehiscente. *Melanomma Cesatianum* invenire frustra conatus sum.

SPORORMIA De Not. Micr. ital. Decas V n. 6, Auersw. in Hedw. t. VII p. 65 et 137 Fuck. Symb. Myc. p. 242 Karst. Myc. fenn. II Pyr. p. 110. Rev. Asc. fenn. p. 46 Hans. Fungi coproph. Dan. p. 314. Pir. Mon. Spor. p. 141. Sacc. Syll. Pyr. II p. 123. Niessl Spororm. p. 95. Winter Pilze II p. 180. *Hormospora* De Not. nec Breb.

Perithecia plerumque fimicola, sparsa, vel gregaria, semimmersa vel superficialia, laevia, atra. Asci octospori paraphysati. Paraphyses filiformes, ramosae, plerumque septulatae, subinde denum evanidae. Sporidia plurilocularia, semper hyalino circudata, loculis demum secedentibus colorata.

Sporormia Notarisii Carest. in Rab. Fung. eur. n. 976 b. Auers. in Hedw. 1868, p. 69, tab. I fig. 1, Karst. Myc. fenn. II p. 110, Zopf Fungi fimic. p. 127, Pir. Mon. Spor. p. 153 Sacc. Syll. Pyr. II p. 125. *Spor. promiscua* Car. in Rab. F. E. n. 1236. Pir. Mon. Spor. p. 147. Sacc. Syll. Pyr. II, p.125.

Hab. *in fimo* Tetraonum *in Italia, Fennia, Britannia et Germania* (**Tab. XXVIII, fig. 2.** — Ex specim. orig.)

Perithecia sparsa, $^1/_5$ mm. d.; asci 115-125 ≈ 14; sporidia 24-28 ≈ 4-5.

Sporormia leporina Niessl Spororm. p. 96, Sacc. Syll. Pyr. II p. 124, Winter Pilze II, p. 181.

Hab. *in fimo* leporino *et* Caviae *in Moravia et Argentina Amer. austr.* (**Tab. XXVIII, fig. 3.** — Ex specim. orig. a claro Niessl benevole comunic.)

Perithecia plus minusve gregaria, $^1/_5$-$^1/_4$ mm. d.; asci 110-120 ≈ 12-14; sporidia 26-30 ≈ 5-6. Affinis *Sp. minimae* a qua distinguitur praecipue forma ascorum atque dispositione sporidiorum. An satis ?

Sporormia minima Auersw. in Hedw. 1878 p. 661. Fuck. Symb. Myc. p. 242. Karst. Myc. fenn. II p. 110, Rev. Mon. fenn. p. 46. Sacc. Syll. Pyr. II p. 125. Hans. Fung. copr. Dan. p. 318. Pir. Mon. Spor. p. 151. Winter Pilze II p. 181. Briard flor. crypt. Aub. p. 308. Brun. Flor. Myc. Ouest. Pyr. p. 176. *Hormospora stercoris* Desm. Crypt. Franc. III Ed. n. 97 (saltem pro parte) *Sporormia stercoris* Pir. Mon. Spor. p. 142 tab. VI, fig. 16-17. Sacc. Syll. Pyr. II p. 124. *Sporormia evallata* Pass. Diagn. funghi nuovi IV p. 5. *Spor. Roumegueri* Zimm. in Roum. Rev. Myc. 1879, p. 58 Sacc. Syll. Pyr. II, p. 129.

Hab. *in fimo* vaccino, equino, ovino, Cuniculorum (*raro in ligno putri*) *in fere tota Europa, America, Borneo etc.* (**Tab. XXVIII, fig. 4.** — Ex specim. ital. in Herb. meo cum aliis permultis e regionibus variis comparatis).

Perithecia $^1/_{10}$-$^1/_8$ mm. d., sparsa; asci 60-70 ≈ 12-14; sporidia 27-30 ≈ 5-6. — Peritheciorum minutie verisimiliter non ducenda est ad *Sphaeriam stercoris* De C. quae sine dubio ad speciem majorem adscribenda.

Sporormia pulchella Hans. Fungi fim. dan p. 114 n. 18 t. IX f. 23-25. Sacc. Syll. Pyr. II p. 124. Pir. Mon. Spor. p. 145. Wint. Pilze II p. 181.

Hab. *in fimo* vaccino, pecorino *et* Cuniculorum *in Seelandia, Moravia* et *Belgio* (**Tab. xxviii, fig. 5.** — Ex specim Marchalianis in Herb. Sacc.)

Perithecia sparsa, $1/3$ mm. d.; asci 130-150 ≈ 16; sporidia 30-32 ≈ 6-8.

Sporormia leptosphaerioides Speg. Mich. I p. 459. Sacc. Fungi it. tab. 613. Syll. Pyr. II p. 128. March. Champ. Copr. Belg. p. 21. *Sporormia leporina* var. *Pruni speciosae* Kunze Fungi Sel. Exsicc. n. 273.

Hab. *in fimo* ovino *in Ital. bor. Belgio et Germania* (*in putam. Pruni*) (**Tab. xxviii, fig. 6.** — Ex specim. Kunzeanis).

Perithecia sparsa, $1/5$-$1/3$ mm. d.; asci 110-120 ≈ 16-18; sporidia 32-35 ≈ 5-6.

Sporormia ambigua Niessl Art. Spor. p. 97. Sacc. Syll. Pyr. II p. 125. Wint. Pilze II p. 182. March. Champ. Copr. Belg. p. 26. Speg. F. Fueg. p. 90, Fungi Pat. p. 47.

Hab. *in fimo* leporino, equino, vaccino *et* Caviae *in Germania, Italia, Belgio et Amer. austr.* (**Tab. xxxviii, fig. 7.** - Ex specim. orig. in Rehm. Asc. n. 988.)

Perithecia plus minusve gregaria, $1/3$ mm. d.; asci 130-140 ≈ 18-22; sporidia 38-42 ≈ 7-9. Inter *Sp. minimam* et *Sp. intermediam* formâ sporidiorum sita.

Sporormia lageniformis Fuck. Symb. Myc. p. 242. Speg. Fungi Copr. Ven. p. 231. Fungi Pat. p. 47. Pir. Mon. Spor. p. 154. March. Champ. Copr. Belg. p. 21. Sacc. Syll. Pyr. II p. 125. Winter Pilze II p. 182.

Hab. *in fimo* equino, ovino, caprino *et* leporino *in Germania, Italia, Belgio et Amer. austr.* (**Tab. xxix, fig. 1.** - Ex specim. Marchalianis in Herb. Sacc.)

Perithecia subgregaria, $1/3$ mm. d.; asci 130-140 ≈ 22-24; sporidia 40-46 ≈ 8-10.

Sporormia intermedia Auersw. in Hedw. 1868, VII, p. 67 tab. I fig. 4. Fuck. Symb. Myc. p. 142. Karst. Myc. fenn. II p. 110. Rev. Asc. fenn. p. 46. Pir. Mon. Spor. p. 149. Sacc. Syll. Pyr. II p. 126. Winter Pilze II p. 182. Speg. Fungi Copr. Ven. p. 230. Fungi Fueg. p. 90, Fungi Pat. p. 47.

Hab. *in fimo* equino, vaccino, Cuniculorum, leporino, anserino, ovino, caprino *in tota fere Europa et Am. austr.* (**Tab. xxix, fig. 2.** — Ex specim. orig. a claro Niessl benevole comunicatis).

Perithecia sparsa, vel approximata, $1/4$-$1/3$ mm. d.; asci 160-180 ≈ 25-30; sporidia 52-56 ≈ 10-13.

Sporormia intermedia Var. lignicola Ph. et Plowr. Grev. VI, p. 29, t. 94, f. 7. Sacc. Syll. Pyr. II p. 128 (ut species) *Sporormia ulmicola* Pass. et Winter in Hedw. XIII p. 52 tab. I fig. 2 Pir. Mon. Spor. p. 146.

Hab. *in ligno putri* Fraxini, Ulmi, *et* Quercus *in Britannia Italia et Gallia.* (**Tab. xxix, fig. 3.** - Ex specim in Herb. Sacc.)

Perithecia sparsa, vel dense gregaria, $1/3$-$1/2$ mm. d.; asci 130-150 ≈ 20-25; sporidia 50-54 ≈ 9-12,

Sporormia grandispora Speg. Fungi Copr. Ven. p. 230. Fungi Fuegiani p. 91. Pir. Mon. Spor. p. 152. Sacc. Syll. Pyr. II p. 128. *Hormospora ovina* Desm. Crypt. Fr. III n. 98. (saltem pro parte) Pir. Mon. Spor. p. 161 (p. p.) Sacc. Syll. Pyr. II p. 127.

Hab. *in fimo* ovino *et* vaccino *in Ital. bor.* Gallia, *et Amer. austr.* (**Tab. XXIX, fig. 4.** - Ex specim. orig. in Herb. Sacc.)

Perithecia sparsa, 1/4-1/3 mm. d.; asci 160-180 ≈ 30-35; sporidia 58-64 ≈ 11-13.

Sporormia megalospora Auersw. in Hedw. 1868 p. 68 tab. I, fig. 5. Pir. Mon. Spor. p. 151. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 126. Winter Pilze II p. 183. Speg. Fungi. Fueg. p. 91. Fungi Pat. p. 48.

Hab. *in fimo* vaccino, equino *et* Capreolorum *in Germania, Austria, Britannia et America.* (**Tab. XXIX, fig. 5.** — Ex specim. Niessleanis).

Perithecia sparsa, 1/4-1/3 mm. d.; asci 180-190 ≈ 35-40; sporidia 72-80 ≈ 16-18.

Sporormia Spegazinii Pir. Mon. Spor. p. 147 Sacc. Syll. Pyr. II, p.127. *Sporormia gigaspora* Speg. Fungi Copr. Ven. p. 231.

Hab. *in fimo* ovino *in Ital. bor. et Germania* socia *Spor. gigantea* et cum ea saepe ab auctoribus cumfusa (**Tab. XXX, fig. 1.** — Exspecim. orig. in Herb. Sacc. a claro Pirotta benevole comunic.)

Perithecia sparsa, fere 1/2 mm.d.; asci 280-300 ≈ 38-40; sporidia 85-110 ≈ 18-22.

Sporormia gigantea Hans. Fungi fim. Dan. p. 319 tab. VI fig. 46-47. Sacc. Syll. Pyr. II p. 127. Winter Pilze II p. 184. *Hormospora ovina* Desm. Crypt. Fr. III n. 98 (p.p.) Pir. Mon. Spor. p. 161 (p.p.) *Spor. ovina* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 127.

Hab. *in fimo* ovino *et* vaccino *in Seelandia, Ital. bor. et Moravia* (**Tab. XXX. fig. 2.** — Ex spec. ital.)

Perithecia sparsa, 1/3-1/2 mm. d.; asci 260-300 ≈ 50-60; sporidia 120-140 ≈ 20-22.

Sporormia heptamera Auersw. Hedw. 1868 p. 71 t.I fig. 8. Karst. Fungi Spet. p. 91-108. Sacc. Syll. Pyr. II p. 129. Winter Pilze II p. 184. Speg. Fungi Fueg. p. 91. Fungi Pat. p. 49 Pir. Mon. Spor. p. 156.

Hab. *in fimo* Cuniculorum *et* Anserum *in Thuringia, Moravia, Spitzbergia Fennia et in Amer. austr.* (**Tab. XXXI, fig. 1.** — Ex specim. Niessleanis.)

Perithecia sparsa 1/3 mm. d.; asci 230-250 ≈ 38-44; sporidia 72-80 ≈ 18-22.

Sporormia octomera Auersw. in Hedw. 1868 p. 70 tab. I fig. 7. Pir. Mon. Spor. p. 159. Sacc. Syll. Pyr. II p. 130. Plow. in Grevillea tab. 91 fig. 6. Winter Pilze II p. 164 fig. 1-2 et p.85. Berl. et Bres. Micr. Trid. p.36. t.III f.7.

Hab. *in fimo* suino, caprino et Tetraonis *in Germania, Britannia et Italia.* (**Tab. XXXI, fig. 2.** — Ex specim. Tridentinis in Herb. meo.)

Perithecia sparsa, 1/3 et amplius mm. d.; asci 115-125 ≈ 14-18 (p. sp.) stipes 110-130; mmm. l.; sporidia 42-45 ≈ 9.

Sporormia corynespora Niessl Art. Sporor. n. 18. Sacc. Syll. Pyr. II p. 131 Winter Pilze II p. 183. Rehm Ascom. n. 748.

Hab. *in fimo* leporino *et rarius* ovino *in Moravia* (**Tab. XXXI, fig. 3.** — Ex specim. orig. in Rehm. Asc. n. 748.)

Perithecia sparsa, 1/3 et amplius mm. d.; asci 160-180 ≈ 22-26 (p. sp.); stipes 70-100 mmm. l.; sporidia 55-60 ≈ 10-12

Sporormia commutata Niessl Art. Sporor. p. 164. Sacc. Syll. Pyr. II p. 130, Winter Pilze II p. 185.

Hab. *in fimo* vaccino in *Moravia* (**Tab. XXXI, fig. 4.** — Ex specim. orig. a claro Niessl benevole comunic.)

Sporormia affinis Sacc. Bomm. et Rouss. in Bul. Soc. R. Bot. Belg. 1886 p. 171. Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 417.

Hab. *in fimo* leporino « Genk » Belgii (**Tab. XXXII, fig. 1.** — Ex specim. orig. in Herb. Sacc.)

Perithecia sparsa, 1/3 mm. d.; asci 160-180 ≈ 28-32; sporidia 80-95 ≈ 14-16;. Affinior *Spor. insigni* quam S. *variabili* et S. *commutatae*.

Sporormia insignis Niessl Art. Sporor. p. 167. Sacc. Syll. Pyr. II p. 13·. Winter Pilze II p. 186.

Hab. *in fimo* leporino *in Moravia* (**Tab. XXXII, fig. 2.** — Ex specim. orig. a claro Niessl benevole comunic.)

Perithecia sparsa, 1/3 mm. d.; asci 200-220 ≈ 40-45; sporidia 110-120 ≈ 13-15.

Sporormia fimetaria De Not. Micr. it. Sec. V, p. 10. Pir. Mon. Sp. p. 159. Sacc. Syll. Pyr. II p. 133. Winter Pilze II, p. 186. *Sphaeria fim.* Rab. H. M. I. n. 1733.

Hab. *in fimo* vaccino *in Italia, Germania et Am. bor.* (**Tab. XXXVII, fig. 4.** — Ex spec. orig. a cl. Pirotta benevole comunicatis).

Perithecia sparsa, 1/10-1/8 mm. d.; asci 70-80 ≈ 16-18; sporidia 46-50 ≈ 4.

Species non examinatae

Sporormia vexans Auersw. *Sp. variabilis* Winter *Sp. pulchera* Hans. *Spor. gigaspora* Fuck. *Sp. Ticinensis* Pir. *Sp. Marchaliana* Mouton. *Sp. pentamera* Oud. *Sp. Brassicae* Grove. *Sp. immersa* Zukal. *Sp. fuegiana* Speg. *Sp. antartica* Speg. *Sp. obliquisepta* Speg. *Sp. patagonica* Speg. *Sp. australis.* Speg. *Sp. herculea* Ellis in herb. Exemplar orig. mancum !

KALMUSIA Niessl Beitr. p. 54. Sacc. Syll. Pyr. II p. 142. Winter Pilze II p. 763.

Perithecia ligno immersa stromate effuso, eutypeo, tecta. Asci octospori. Sporidia tri-pluri septata, typice non muriformia, colorata.

Kalmusia Ebuli Niessl Beitr. p. 55 tab. VI, fig. 49 Sacc. Syll. Pyr. II, p. 143. Winter Pilze II p. 599 fig. 1-3 et 764.

Hab. *in caulibus siccis* Sambuci Ebuli *prope* « Brünn » *Moraviae* (**Tab.xxxiii, fig. 1.** — Ex Niessl.)

Perithecia fere 1/2 mm. d.; asci 73-80 ≈ 12-15 (p. sp.); stipes 42-56 mmm. l.; sporidia 19-20 ≈ 5-6.

Kalmusia inusta (Cooke) Sacc. Syll. Pyr. II p. 144. *Sphaeria inusta* Cooke et Rav. Am. Fungi in Grevillea VII p. 53.

Hab. *in ligno* Juniperi « Davien » *Amer. bor.* (Tab. **xxxiii, fig. 2.** — Ex specim. orig.)

Perithecia 1/3 mm. d.; asci 55-65 ≈ 10-12; sporidia 12-15 ≈ 6-7, haud raro muriformia.

Species excludendae

Kalmusia dealbata Sacc. *Kalmusia haemitapha* (B. et Br.) Sacc. *Kal. hypotephra* (B. et Br.) Sacc. Ex autopsia specim. orig. species haec ad *Clypeosphaeriae Notarisii* formam lignicolam sine dubio pertinent. Genus *Kalmusia* idem haud errate ad genus *Clypeosphaeria* adscribi posset. *Kalm. Passerinii* Rab., *Kalm. pachyasca* (C. et El.) Sacc., *Kalm. surrecta* (Cooke) Sacc., *Kalm. munda* Pass. ad genus *Melanomma* pertinent.

THYRIDARIA Sacc. in Grev. IV p. 21. Syll. Pyr. II p. 140. Perithecia acervulata, sepe apice rubedine cincta. Asci octospori. Sporidia tri-plurilocularia, non muriformia, (saltem typice) colorata.

Thyridaria incrustans Sacc. Myc. Ven. II p.170. Fungi Ven. Ser. IV p. 14. Syll. Pyr. II p. 140. Berl. Fungi Mor. fasc. VII n. 23 fig. 1-7. *Cucurbitaria Broussonetiae* Sacc. Myc. Ven. p. 118 tab. XII fig. 12-17.

Hab. *in cortice ramorum* Broussonetiae, Albizziae, Rhois, Juglandis *et* Mori *in Ital. bor.* (**Tab.xxxiii, fig.3.** - Ex specim. orig. a claro Sacc. benevole com.)

Perithecia acervulata vel sparsa, 1/3-1/2 mm. d.; asci 110-120 ≈ 12-14; sporidia 23-28 ≈ 8-10.

Thyridaria pulveracea (Karst.) Sacc. Syll. Pyr. II p. 141. Karst. Rev. Asc. p. 45. *Cucurbit. pulveracea* Karst. Myc. fenn. II p. 52.

Hab. *in ramis emortuis* Pruni Padi *prope* « Mustiala » *Fenniae* (**Tab. xxxiii, fig. 4.** — Ex specim. orig. a claro Karst. benevole comunic.)

Perithecia rubro-pruinosula, acervulata, 1/3-1/2 mm. d.; asci 95-105 ≈ 9-12, sporidia 16-20 ≈ 5-6. *Vix Thyridaria*, aptius ad *Cucurbitariam* adscribenda.

Thyridaria rubro-notata (B. et Br.) Sacc. Syll. Pyr. II p. 141. *Melogramma rubro-notatum* B. et Br. Not. Brit. Fungi N. 894. *Massaria lateritia* Tul. Carp. II p. 243. *Thyrid. Ailanthi* Rehm Ascom. Lojk n. 26 p. 40 - Sacc. Syll. Pyr. II p. 143.

Hab. *in ramis siccis* Ulmi, Aesculi, Ailanthi, *in Britannia, Gallia et Hungaria* (**Tab. xxxiii, fig. 5.** Ex specim. orig. a claro Cooke benevole comunic. et cum iis orig. *Th. Ailanthi* minutim comparatis.)

Perithecia acervulata, sursum rubro-lateritia, 1/3 mm. d.; asci 80-100 ≈ 7-9; sporidia 16-19 ≈ 5-7. Adest in exemplaribus Berkeleyanis et Rehmianis status pycnidicus *Coniothyrium* sporulis 4-5 ≈ 3, fuscidulis.

Thyridaria Comptoniae (Ell. et Ev.) Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 417. *Diatrype Comptoniae* Ell. et Ev. in Journ. of Myc. 1886 p. 89.

Hab. *in caulibus emortuis, partim decorticatis* Comptoniae asplenifoliae « Newfield » *Amer. bor.* (**Tab. xxxiii. fig.6**. Ex specim. orig. a cl.Ellis benevole com.)

Perithecia stromate tecta, $^1/_4$-$^1/_3$ mm. d.; singula vel acervulata; asci 50-55 ≈ 10-12, stipite 35-40 mmm. longo; sporidia 15-17 ≈ 4-6.

Thyridaria eutypoides Ellis et Ev. in Journ. of Myc. IV, p. 78.

Hab. *in ramis* Meliae « Louisiana » *Amer. bor.* (**Tab. xxxiv. fig. 1.** — Ex specim. orig. a claro Ellis benevole comunic.)

Perithecia acervulata $^1/_3$ mm. d.; asci 45-55 ≈ 8-10, sporidia 14-16 ≈ 5.

Thyridaria Sambuci (Karst.) Sacc. Syll. Pyr. II p. 141. Karst. Rev. Asc. p. 45. *Kalmusia Sambuci* Karst. Symb. Myc. fenn. VI p. 40.

Hab. *in ramis* Sambuci racemosae *in Horto Mustialensi Fenniae* (**Tab.xxxiv, fig. 2**. — Ex specim. orig. a claro Karsten benevole comunic.)

Perithecia valsiformiter acervulata, acervuli 3-4 mm. d.; asci 100-110 ≈ 7-9, sporidia 15-18 ≈ 4-6. Ostioli saepe tri-quadrisulcati.

Thyridaria Fraxini Ell. et Ev. in Prooc. Acad. Sc. Nat. Phil. 1890 p.223.

Hab. *in cortice* Fraxini *in Amer. bor.* (**Tab. xxxiv, fig. 3**. — Ex specim. orig. a claro Ellis benevole comunic.)

Perithecia vix acervulata vel sparsa, stromate nullo, $^1/_3$ mm. d.; asci 90-110 ≈ 16-20; sporidia 20-26 ≈ 4-5. Species inter *Allantosporas* et *Phaeophragmias* ludibunda. Sporidia saepe continua, subinde plasmate pluries partito sed haud raro exigue at distincte (quod aptius manifestum apparet Chlori-Joduri-Zynci ope) triseptata. Septuli subinde ab endosporio separantur.

Species excludendae

Thyridaria lateritia (Ellis) Sacc. *Thyr. myrangioides* (B. et R.) Sacc. ad *Melogramma vagans*, suadente quoque cl. Ellis, pertinent.

Species non examinatae

Thyrid. delogaensis Speg. et Roum. *Thyrid. texensis* (Ellis et Ev.) Berl. et Vogl.

PSEUDOVALSA Ces. et De Not. Schem. Sfer. p. 32. Sacc. Syll. Pyr. II p. 35. Winter Pilze II p. 783. Brunaud Contr. Flor. Myc. Ouest (Pyr.) p. 178 *Aglaospora* De Not. Oss. Pir. Sfer. p. 43 Sacc. Syll. Pyr. II p. 133 - Brunaud l. c. p. 177.

Pseudovalsa occulta (Romell) Berl. *Massaria occulta* Romell in Hedw. 1885 p. 262. Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 131.

Hab. *ad ramos emortuos* Ribis Grossulariae *prope* « Kumla Nerina » in Suecia (**Tab. xxxiv, fig. 4**. - Ex specim. orig. a cl. Bresadola benevole com.)

Perithecia 3-6-acervulata, $^1/_5$ mm. d., stromate luteo-pruinoso cincta; asci 150-160 ≈ 14-16 sporidia 18-22 ≈ 8-10.

Pseudovalsa tubulosa (B. et C.) Sacc. Syll. Pyr. II p. 137. *Valsa tubulosa* Cooke Valsei of Un. St. p. 125, Grevillea XIV p. 48. *Calospora tribulosa* Sacc. Syll. Pyr. II p. 232. *Valsa trib.* B. et C. North. Am. n. 877.

Hab. *in ramis* Alni *Carolina Amer. bor.* (**Tab. XXXIV. fig. 5.** — Ex specim. orig. a claro Cooke benevole comunic.)

Perithecia in acervulos valseos, 1 mm. d. collecta; $^1/_4$ mm. d.: asci..... jam resorpti; sporidia 30-32 = 10-12.

Pseudovalsa profusa (De Not.) Wint. Pilze II. p. 785. *Sphaeria profusa* Fries Syst. Myc. II p. 392. *Sphaeria irregularis* D. C. Flor. Franc. VI p. 116. *Sphaeria circumscripta* Schmidt et Kunze Deut. Schw. n. 155. *Sphaeria anomia* Fries l. c. p. 381. *Sph. capitellata* Klothz in Herb. Myc. Ed. I n.161. *Massaria seiridia* Berk. et C. in Grev. IV, p. 155. *Aglaospora profusa* De Not. Microm. ital. Dec. V p. V n. 3 Sacc. Syll. Pyr. II p. 133. Brun. Flor. Myc. Ouest. (Pyr.) p. 177. Tul. Carp. II tab. XX. Briard. Florul. Crypt. Aube p. 309.

Hab. *in ramis corticatis* Robiniae Pseudoacaciae *in fere tota Europa et Am. bor.* (**Tab. XXXIV. fig. 6.** — Ex specim. in Herb. meo).

Perithecia $^1/_2$ mm. d.; asci 200-220 = 22-25; sporidia 58-60 = 16-18. Inveni inter ascos tetrasporos etiam ascos 6-sporos 250 = 20, sporidiis paulo minoribus.

Pseudovalsa sigmoidea (Cooke et Ellis) Sacc. Syll. Pyr. II p. 136. *Melanconis sigmoidea* Cooke et Ellis in Grev. VI p. 92 tab. 100 fig. 26.

Hab. *in ramis* Quercus « New Jersey » *Amer. bor.* (**Tab. XXXV. fig. 1.** — Ex specim. orig.)

Perithecia $^1/_3$ mm. d., in stromate usque 2-mm. d., 3-5-congesta; asci 190-200 = 28-32; sporidia 60-65 = 12-14. Videtur varietas. *P. umbonatae.*

Pseudovalsa lanciformis (Fries) Ces. et De Not. Schema Sfer. it. p. 32. Sacc. Syll. Pyr. II p. 135. Winter Pilze II p. 784. Brun. Contr. Flor. Myc. Ouest. Pyr. p. 178. Briard. Contr. Flor. Crypt. Aube p. 310. *Sphaeria lanciformis* Fries Syst. Myc. II p. 362. *Sph. quercina* b. Alb. et Schw. Consp. p. 11. *Sph. Betulae* Schum. Saell. II. p. 171. *Sph. cincta* De C. Flor. Franc. VI p.119. *Sph. melasperma* Fries l. c. p. 389. *Sph. fasacea* Tul. in Compt. Rend. Tom. XXXII p. 472-474. *Melanconis lanciformis* Tul. Carp. II p. 135 tab. XIV.

Hab. *in cortice* Betulae *in fere tota Europa* (**Tab XXXV, fig. 2.** — Ex specim. Winterianis in Herb. Sacc.)

Perithecia in stromate, circiter 1-3 mm. longo, 4-10-congesta, $^1/_3$ mm. d.; asci 150-160 = 28-30; sporidia 40-45 = 16.

Pseudovalsa umbonata (Tul.) Sacc. Fungi Ven. Ser. IV p. 20. Fungi it. t. 438 Syll. Pyr. II p. 136. Winter Pilze II p. 785. *Melanconis umbonata* Tul. Carp. p. 138 tab. XV, fig. 7-15. *Aglaospora Malbrancheana* Sacc. Syll. Pyr. II p. 134. *Pseudovalsa Malbrancheana* Sacc. Mich. I p. 509.

Hab. *in ramis corticatis* Quercus pedunculatae *et* Pruni *in Gallia, Germania et Italia* (**Tab. XXXV. fig. 3.** — Ex Rehm Ascom. n. 227.)

Perithecia in stromate usque 2 mm. lat. congesta, 1/3 mm. d.; asci 160-170 ≈ 30-35; sporidia 40-44 ≈ 16-18. Valde affinis *Pseud. lanciformi* a qua aegre distinguenda. In specim. orig. *Aglaosporae Malbrancheanae* ascos inveni octosporos sporidiaque 45-55 ≈ 16-18.

Pseudovalsa aucta (B. et Br.) Sacc. Syll. Pyr. II p. 138. Winter Pilze II p. 789. *Sphaeria aucta* B. et Br. Not. Brit. Fungi n. 728 tab. X, fig. 11. *Cryptospora aucta* Tul. Carp. II p. 152 tab. XVII, fig. 1-12. *Calospora aucta.* Fuck. Symb. Myc. p. 191.

Hab. *in ramis exsiccatis* Alni glutinosae *et* Betulae *in Britannia Gallia et Germania* (**Tab. XXXV. fig. 4.** - Ex specim. orig. a cl. Cooke benevole com.)

Perithecia subcircinantia, 2/3-3/4 mm. d.; asci 100-120 ≈ 25-30; sporidia 35-40 ≈ 12-14 (sine app.), semper hyalina et uniseptata visa. An juvenilia?

Pseudovalsa stylospora Ell. et Ev. Proc. Acad. Nat. Sc. Phil. 1890 p. 223.

Hab. *in cortice* Aceris spicati « London » *Canada Amer. bor.* (**Tab. XXXV. fig. 5.** — Ex specim. orig.)

Perithecia 1/3 mm. d., 3-5-acervulata; asci 100-110 ≈ 25-30; sporidia 28-30 ≈ 12-14 (sine app.)

Pseudovalsa hapalocystis (B. et Br) Sacc. Mich. I p. 44, Syll. Pyr. II p. 138, Winter Pilze II p. 788. *Sphaeria hapalocystis* Berk. et Br. (in Ann. and Magaz. of Nat. Hist. Ser. II, p. 317 tab. X fig. XII. *Hapalocystis Berkeleyi* Auersw. in Fuck. Fungi rhen. 585. *Calospora hapalocystis* Fuck. Symb. p. 191. tab. 6 fig. 14. *Pseudovalsa hapal.* forma *minor.* Sacc. Fungi it. tab. 450. Syll. Pyr. II p. 139 (non bene evoluta).

Hab. *in ramis corticatis* Platani *in Germania, Britannia, Italia et Belgio* (**Tab. XXXVI, fig. 1.** — Ex Ellis North Amer. Fungi n. 2119 cum specim. orig. minutim comparatis).

Perithecia 4-10-acervulata, 1/3 mm. d.; asci 80-120 ≈ 20-30; sporidia 40-45 ≈ 18-23 (sine app.)

Pseudovalsa convergens (Tode) Sacc. Syll. Pyr. II p. 136. Winter Pilze II p. 791. *Sphaeria convergens* Tode Fungi Meckl. II p. 39 f. 111. Fries Syst. Myc. II p. 410. *Valsa convergens* Cooke Valsei Un. St. p. 123. *Melanconis Berkeleyi* Tul. Sel. Fung. Carp. II p. 130. *Sphaeria inquinans* Var. *Ulmi* B. et Br. Hook. Journ. p. 320 tab. X. *Calospora Berkel.* Fuck. Symb. App. I p. 25. *Pseudovalsa Berkel.* Sacc. Syll. Pyr. II p. 137. Winter Pilze II p. 787.

Hab. *in ramis* Platani *et* Ulmi *in Germania, Britannia, Italia, Neerlandia et Belgio* (**Tab. XXXVI, fig. 2.** — Ex specim. Oudemansianis cum typicis *Pseudovalsae Berkel.* minutim comparatis).

Perithecia in quoque acervulo plus minusve numerosa; asci 200-220 ≈ 30-35; sporidia 48-60 ≈ 16-20.

Pseudovalsa macrosperma (Tul.) Sacc. Fungi Ven. Ser. IV, p. 20. Fungi ital. tab. 449. Syll. Pyr. II p. 139. Winter Pilze II p. 789. *Melanconis macro-*

sperma Tul. Carp. II p. 132 tab. XIV, fig. 13-23. *Prosthemium ellipsosporum* Fres. Beitr. Myk. p. 62, tab. VII, fig. 18-23. *Pseudov. stylospora* Auersw. in Rabh. Fungi eur n. 1251.

Hab. *in ramis corticatis* Carpini Betuli *in Gallia, Italia et Germania* (**Tab. XXXVI, fig. 3.** — Ex specim. Saccardianis cum orig. comparatis).

Perithecia $1/3$ mm. d., in stromate 2-3 mm. d., dense coacervata; asci 180-200 ≈ 25-28; sporidia 35-42 ≈ 12-14. Status conidicus sistit *Stilbospora angustata* conidiis 45-50 ≈ 12-14.

Pseudovalsa bicornis (Cooke) Sacc. Syll. Pyr. II p. 139. *Melanconis bicornis* in Peck 28 Rep. St. Mus.

Hab. *in cortice* Platani occidentalis *in Amer. bor.* (**Tab. XXXVI, fig. 4.** — Ex specim. orig.)

Perithecia 5-7-acervulata, $1/3$ mm. d.; asci 120-130 ≈ 40-50; sporidia 60-65 ≈ 16-20 (sine app.)

Pseudovalsa Kickxii (West.) Sacc in Lamb. Flor. Myc. Belg. II p. 359. Syll. Pyr. II p. 139. *Valsa Kikxii* West. in Kickx Flor. Crypt. Fl. I p. 322. Oud. Aanw. 1876-77 p. 17.

Hab. *in ramis emortuis* Platani acerifoliae *in Belgio* (**Tab. XXXVI, fig. 5.** — Ex specim. a claro Oudemans benevole comunic.)

Perithecia 5-7-circinantia, $1/4$-$1/3$ mm. d.; asci 120-140 ≈ 30-35, 4-6-spori; sporidia 50-55 ≈ 20-25 (sine app.)

Species excludendae

Pseudovalsa Titan est novum genus (Titania) Ex specim. orig. - *Pseud. longipedis* in omnibus specim. examinatis (et ideo etiam originalibus) semper inveni sporidia hyalina, qua re species ad genus *Calospora* adscribenda puto. *Pseudovalsa aglaeostoma* (B. et Br.) Sacc. est. *Calospora* (Ex spec.) orig.) *Aglaospora thelebola* Rehm est *Melanconis*. Pseud. Xanthoxyli (Peck) Sacc. est *Fenestella*.

Species non examinatae

Sacc. *Pseud. sambucina* (Peck) Sacc. *Pseud. Fairmani* E. et C. *Aglaospora effusa* Rehm.

TITANIA Berl. nov. gen. Perithecia in stromatibus, epidermide tectis, prominulis, usque 3 mm. d. 2-4-congesta, ostiolis emergentibus. Asci monospori, Sporidia magna, transverse septata, fusoideo-cylindracea, colorata.

Titania Berkeleyi Berl. *Diatrype Titan* B. et Br. North Amer. Fungi n. 857. *Pseudovalsa Titan* Sacc. Syll. Pyr. II p. 135.

Hab. *in cortice* Carpini *in Carolina inferiore Amer. bor.* (**Tab. XXXVII, fig. 1.** — Ex specim. orig. a claro Cooke benevole comunic.)

Perithecia in stromate 3 mm. d. 2-4 acervata, ostiolis prominulis, $2/3$-$3/4$ mm. d.; asci monospori, 180-200 ≈ 28-32; sporidia 90-110 ≈ 23-25.

MELOGRAMMA Tul. Carp. II p. 81 Sacc. Syll. Pyr. II p. 144. Winter Pilze II p. 807. Brun. Contr. Flor. Myc. Ouest. (Pyr.) p. 181. Stroma erumpenti superficiale, globoso-pulvinatum. Asci octospori paraphysati. Sporidia fusoidea, transverse septata colorata.

Melogramma vagans De Not. Micr. ital. Dec. IX, p. 459, tab. II, Sacc. Syll. Pyr. II, p. 144. Brun. l. c. p. 181. Briard. l. c. p. 311. *Melogramma Bulliardi* Tul. Carp. II p. 81, Winter Pilze II p. 807. *Variolaria Melogramma* Bull. Champ. Tom. I p. 182, tab. 492. fig. 1. *Sphaeria ocellata* Pers. Disp. p. 2. *Sph. Melogramma* Pers. Syn. p. 13. *Melogrammo fusisporum* Fries Summa Veg. p. 386. *M. campylosporum* Fries l. c. Sacc. Syll. Pyr. II p. 145. *Diatrype lateritia* Ellis. Torr. Bot. Cl. p. 19, (1882). *Thyridaria lat.* Sacc. Syll. Pyr. II p. 141. *Hypoxylon myriangioides* B. et R. North Am. Fungi n. 834. *Thyridaria myr.* Sacc. Syll. Pyr. II p. 142. *Hypocrea Ravenelii* Berk. North. Am. Fungi n. 804, *Broomella Rav.* Sacc. Syll. Pyr. II p. 558. *Mel. fuscosporum* (Schw.) Sacc. Syll. Pyr. II p. 145.

Hab. *in cortice emortuo* Carpini, Fagi, Coryli, Ostryae *in fere tota Europa et Am. bor.* (**Tab. XXXVII. fig. 2.** — Ex specim. anglicis cum aliis e regionibus variis comparatis).

Perithecia acervulata, primo rufo-fuliginea demum nigricantia; asci 110-120 ≈ 12-14; sporidia 40-50 ≈ 4-6.

Melogramma spiniferum (Wallr.) De Not. Sfer. it. p. 53. Sacc. Syll. Pyr. II p. 145. Winter Pilze II p. 808. Brunaud l. c. (Pyr.) p. 181, Briard. l. c. p. 311, Berl. et Bres Micr. Trid. p. 38, tab. III fig. 8. *Sphaeria spinifera* Wallr. Flor. Crypt. II p. 846. *Sphaeria podoides* Pers. Synops. p. 22, *Diatrype podoides* Fries Summa Veg. p. 385, *Melogramma asperum* Ces et De Not. Schema Sfer. p. 30.

Hab. *in cortice* Fagi silvaticae *in Italia, Germania, Gallia et Britannia* (**Tab. XXXVII. fig. 3.** - Ex specim. ital. in Herb. Sacc. cum aliis e regionibus variis comp.)

Stromata dense gregaria vel subconfluentia, tumide pulvinata, 5 mm. d.; perithecia stipata, $\frac{1}{3}$-$\frac{2}{3}$ mm. d.; asci 170-190 ≈ 16-18; sporidia 55-65 ≈ 7-8.

Species excludendae

Melogramma Irpex (B. et Br.) Sacc. est *Rhyncosphaeria* - *Mel. niphidium* (B. et Br.) Sacc. Specim. orig. sterilia inveni sed « ut videtur » non ad hoc genus pertinent - *Mel. Jachii* Rab. Sec. cl. Winter (Pilze II p. 810) non est *Ascomycetes* sed ex specim. orig. Musei Romani intellexi nihil aliud esse speciem hanc, nisi status conidic. *Gibberellae pulicaris* cuius copiose in iisdem exemplaribus etiam st. ascophorum inveni. Contextus perithecii amoene coerulescens !! *Melogramma platyroum* (B. et C.) B. et V. Ex specim orig. nihil eruere potui sed habitus est *Lasiosphaeriae* et e diagnosi certe non *Phaeophragmia*.

Species non examinate

Melogramma cylindrosporum Rabh. *Mel. Fuckelii* Nitsch, *M. Meliae* Curtis.

PASSERINIELLA Berl. nov. gen. eximio Mycologo **Johann. Passerini** grato animo libentissimeque dicatum.

Perithecia rami-culmicola, atra, globuloso-conoidea, ostiolato-papillata. Asci octospori. Sporidia transverse septata, loculis mediis coloratis, extimis hyalinis. *Ceriosporae* affine sed sporidiis muticis distinctum.

Passeriniella dichroa (Pass.) Berl. *Leptosph. dichroa* Pass. Diagn. Funghi Nuovi II, 1887, p. 9.

tensiae (Ell.) Sacc. L. Baggei (Auersw. et Niessl.) Sacc. L. psilospora Auersw. L. sarmenticia. Sacc. L. appendiculata Pir. L. pellita (Rab. et Klat). L. Cadubriae Speg. L. cervispora (K. et C.) Sacc. L. Drabae (Nyl.) Karst. L. uliginosa (P. et P.) Sacc. L. sabauda Speg. L. austro-americana Speg. L. Plemeliana Niessl. L. subtecta (Wint.) L. dryophila (C. et H.) Sacc. L. *coffeigena* (B. et C.) Sacc. L. Passerinii Sacc. L. aërea Speg. L. marginata Niessl. L. australis (Priè) Sacc. L. vinosa Speg. L. Alcides Sacc. Specim. orig. sterilia! L. Endiusae (Fuck.) Sacc. L. Ischoemi Pass. L. Salvinii Catt. L. cyperina Pass. L. epicarecta (Cooke) Sacc. L. Dasylirii (Rab.) Sacc. Spec. orig. sterilia inveni. L. Caricis Schr. L. Vectis (B. et Br.) Ces. et De Not. Specim. plura examinata semper sterilia inveni. L. silvatica Pass. L. Secalis Haberl. L. Graminis (Fuck.) Sacc. L. sparsa (Fuck.) Sacc. specim. origin. sterilia inveni. L. interspersa (Cooke) Sacc. Spec. orig. sterilia inveni. L. pontiformis (Fuck.) Sacc. specim. orig. sterilia inveni. L. consobrina Karst. L. Campi-Silii Speg. L. arvensis Sp. L. polaris Sacc. Non vidi L. indeprensa (Dur. et Mont.) Sacc. Non vidi L. Beaumontii (B. et C.) Sacc. Non vidi L. cucurbitarioides Fabr. non vidi L. Lecanora Fabr. id. L. platanicola (Howe) Sacc. id. L. Winteri Niessl id. L. Cynops Fabr. id. L. foeniculacea Fab. id. L. sabalicola Ell. et M. id. L. stereicola Ell. id. L. Physalidis Ell. et Ev. id. L. bicuspidata (Cooke et H.) Berl. et Vogl. Non vidi sed vix Lept. L. Harknessiana Ell. et Ev. non vidi. L. Acanthi Pass. id. L. Ribis Karst. spec. orig. frustra investigavi L. cassiaecola E. et E. id. L. Delawayi Pat. Non vidi. L. sticta E. et E. non vidi L. clavicarpa E. et E. non vidi L. Sphyridiana (Lahm) Wint. non vidi L. Lycii Pass. id. L. monotis Rehm Spec. orig. sterilia. L. lasiosphaerioides Starb. et Grev. non vidi L. Ranunculi Rost. non vidi L. quadriseptata Trail id. L. Oxyriae Rost. non vidi. L. serbica Schr. id. L. Lathyri Fautr. id. L. Stellariae Rich. id. L. Vahlii Rost. id. L. Eranthemi Pat. id. L. Plumbaginis Pat. id. L. Brunellae E. et E. id. L. euphorbicola Br. id. L. brasiliensis Speg. id. L. cirricola Pass. id. L. Cisti Cel. id. L. Berberidis Rich. id. L. Caprifolii Brun. id. L. Periclymeni Oud. id. L. Camelliae C. et M. id. L. Fraxini E. et E. id. L. Helichrysi C. id. L. Rostrupii Berl. (L. Stellariae Rostr. non Rich.) id. L. Rehmiana Voss. id. L. antarctica Speg. id. L. Ziphii Pass. Sper. orig. sterilia inveni. L. ruscicola K. et H. non vidi. L. folliculata E. et E. id. L. Sporoboli E. et E. id. L. Cattanei Thuem. id. L. algida Rost. id. L. fuegiana Speg. id. L. Puiggarii Speg. id. L. pachytheca Har. et Br. id. L. stereicola Ellis id. L. fungicola Wint. id. L. danica Berl. (L. marina Rostr. non Ell.) id. L. Baggei (Auersw. Niessl) Sacc. L. Hierochloae Oud. id. L. hemicrypta Oud. id. L. striata Wint. id. L. subcaespitosa C. et H. id.

Species dubiae, excludendae vel e genere amovendae.

Leptosphaeria dioica (Moug.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 18. Specimina anglica ad *Thyridariam* spectant, Libertiana vero (in Roum. Rel. Lib. ser. II, n. 689) in *Acero pseudopl.* immatura inveni sed certe non ad *Leptosph.* spectant; potius *Melanommati* adscribenda. Leptosphaeria distributa (C. et Ell.) Sacc. est *Metasph.* secund. spec. origin. Leptosphaeria sodomaea (De Not.) Sacc. Ex spec. orig. nihil eruere potui, sed species mihi videtur valde dubia. L. salebrosa (Pr.) Sacc. dubia. L. nigrella (Rab.) Sacc. est *Pleospora* L. Obiones (Cr.) Sacc, L. gloeospora (B. et Curr.) Sacc. Specimina originalia senescentia. L. molybdina (Mont. et Moug.) Specimina origin. sterilia. L. abbreviata (Cooke) Sacc. Est *Sphaerulina intermista.* (Ex spec. orig. et cfr. etiam. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 188). L. Tamaricis (Grev.) Sacc. est sec. spec. orig. *Clypeosph. Notar.* L. ramulicola (Peck) Sacc. sec. spec. orig. est *Massaria.* L. Tephrosiae (E. et E.) Sacc. est *Didymosph.* spo-

ridiis primo 4-guttatis uniseptatisque dein tantumuniseptatis etiam Chlori-Joduri-Zynchi ope, 22–24 ≈ 4-5, melleo-viridulis sec. spec. orig. L. Vitis (Cast.) Pir. dubia. L. inspersa (Schw.) Sacc. dubia L. Hazslinszkii Sacc. dubia. L. massariella mihi videtur potius *Massaria* L. Echinops ad genus novum, *Pocosphaeria*, pertinet. L. Bardanae (Wallr.) Sacc. Specim. Rabenhorst. (F. E. n. 641) sub nomine *Sphaeria Bard.* ad *Ophiob. Bard.* et ad *Pleosp. infect.* spectant. L. Gnaphalii (West. et Fuck.) Sacc. incerta. L. Mülleri (Duby) Auersw. est *Zignoella* L. torulispora (Cooke) Sacc. Spec. origin. sterilia inveni, sed species mihi videtur aptius sub *Ophiobolo* militare. L. Saccardiana Fabr. est *Melanomma megalospor.* L. Castagnei (Dur. et Mont.) Sacc. Specim. orig. sterilia inveni, et Saccardiana non vidi L. massarioides Sacc. et Speg. ex authopsia specim. orig. mihi videtur *Lophiostoma* nam ostioli sunt e latere compressi, et sporidia 8-septata, flavo-fuliginea loculis extimis pallidioribus. L. primulaecola (Wint.) Sacc. est *Metasph.* L. hedericola (Desm.) Sacc. mihi dubia. L. Scrophulariae (Desm.) Sacc. ex authopsia specim. origin. ad *Pleosporam* pertinet. L. impressa (Pr.) Sacc. incerta. L. sorgophila (Peck.) Sacc. ex spec. orig. est *Sporormia leptosphaer.* L. crastophila Sacc. quam *Leptosphaeria* videtur potius *Sphaerella*; sporidia raro biseptata, nubilosa, hyalina. An *Metasphaeria*? L. Luzulae Wint. sec. spec. orig. est *Metasphaeria.* L. heloniaefolia (C. et E.) Sacc. est *Stagonospora* L. scabiens (Ces.) Sacc. incerta. L. Smilacis (Cast.) Sacc. specim. orig. sterilia; mihi dubia. L. triglochinicola (Curr.) Sacc. mihi dubia. L. clara (Cooke et Auersw.) Sacc. sec. specim. Wint. est *Didymella.* L. moniliformis (Fuck.) Sacc. Specim. orig. sterilia inveni; species mihi dubia. L. Asplenii (Rab. et Niessl) Sacc. mihi dubia. L. caffra Thuem. Est verisimiliter novi generis typus *Metasphaeriae caraguatae* affinis. L. stictostoma (B. et Br.) Sacc. est *Metasph.* L. Lophanthi (B. et C.) Sacc. non vidi et e diagnosi mihi dubia videtur. L. Teucrii (Crouan) Sacc. id. L. nesodes (B. et Br.) Sacc. specimina orig. haud bene evoluta sed potius ad *Metasph.* pertinent L. Ianus (B. et C.) Sacc. specimina orig. sterilia inveni, ellisiana vero (North Am. F. n. 1299) potius ad *Metasph.* pertinent. L. taxicola (Peck.) Sacc. Pulchra sed *Metasph.* L. olivaespora (B. et C.) Sacc. est *Pleospora* (*Catharhinia*). Sporidia in massa vix virescentia. L. stictoides (B. et Br.) Sacc. sporidia hyalina et muriformia. L. Juncorum (Crouan) Sacc. Non vidi sed e diagnosi dubia. L. Veddellii (Mont.) Sacc. id. L. incarcerata (P. et C.) Sacc. est *Passeriniella.* L. zizaniaecola (B. et B.) Sacc. Non vidi sed a diagnosi in genere dubia. L. latebrosa (Ellis) Sacc. est *Lophiotrema* L. phragmiticola (Cr.) Sacc. e diagnosi dubia. L. duplex (Sow.) Sacc. dubia. L. ceratispora (B. et C.) Sacc. Non vidi. An L. seriata sporidiis germinantibus? L. eriophora (Cooke) Sacc. est novi generis (*Pocosphaeriae*) typus. L. echinella (Cooke) Th. est *Pyrenophora* L. circinans (Fuck.) Sacc. Non vidi sed e diagnosi ad *Passeriniellam* adscribenda. L. demissa Niessl est *Metasph.* L. ophioboloides Sacc. est novi generis (*Leptosphaeriopsis*) typus. L. diaporthoides W. aptius *Met.* L. Ceanothi (C. et H.) B. et V. est *Sphaerulina.* L. Gillotiana Sacc. potius *Melanomma* subcorticale. L. californica (C. et H.) B. et V. Est *Metasph.* L. odora (C. et H.) B. et V. est *Calospora*; sporidia in massa vix lutescentia. L. marina E. et E. pulchra sed *Metasph.* L. hysterioides E. et E. id. L. infernalis est *Pleospora Pustula* L. phormicola C. et H. est *Met.* L. Poterii Pass. est *Lophiost. insid.* sporid. 5-sept. appendiculigera. L. carduina Pass. est *Pl. oblong.* L. consimilis E. et E. est *Melanomma* L. Ericae (Fr.) Malbr. est *Melan. pulv. pyr.* L. dichroa Pass. est novi generis (*Passeriniella*) typus.

LEPTOSPHAERIOPSIS Berl. nov. gen. Perithecia et asci ut in *Leptosphaeria;* sporidia in asco apice connexa sed extra ascum semper divisa (et tum 16) numquam loculis secedentibus.

Leptosphaeriopsis ophioboloides (Sacc.) Berl. *Lept. ophioboloides* Sacc. Misc. Myc. I, p. 23. Suppl. Syll. p. 770.

Hab. ad caules Tragopogonis, *ut videtur, in Silvis prope* « Neuchatel Helvetiae ». (**Tab. LXXXI, fig. I**. — Ex specim. orig. a claro Sacc. benevole communic.).

Perithecia vix gregaria, $^1/_3$ mm. d.; asci 90-100 ≈ 10-12; sporidia 42-48 ≈ 3-3 $^1/_2$, in quoque asco 16 apice connexa.

POCOSPHAERIA Sacc. Syll. Pyr. II, p. 32. (ut subgenus).

Perithecia setosa; asci et sporidia ut in *Leptosphaeria.*

Pocosphaeria setulosa Sacc. et Roum. Reliq. Libert. Ser. II, n. 123. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 32. Winter Pilze II, p. 447 (sub *Leptosph.*).

Hab. in culmis Secalis *in* « Arduennis » (**Tab. LXXXI, fig. 2.** — Ex specim. orig. a claro Sacc. benevole communic.).

Perithecia $^1/_5$ mm. d.; asci 65-70 ≈ 8-10; sporidia 16-18 ≈ 4; setulae 50-60 ≈ 3-4.

Pocosphaeria eriophora (Cooke) Berl. *Lept. erioph.* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 87. *Sphaeria eriophora* Cooke Grev. V, p. 153. *Leptosphaeria eutypoides* Peck in 38 Rep. St. Mus. p. 105. Sacc. Suppl. I Syll. p. 767.

Hab. in caulibus emortuis Chenopodii, Amaranthi *et* Lappae *in* « Amer. bor. » (**Tab. LXXXI, fig. 3.** — Ex specim. orig. *L. eutypoidis* a claro Peck benevole communic. cum iis orig. *L. eriophorae* minutim. comp.).

Perithecia gregaria, $^1/_3$ mm. d.; asci 70-85 ≈ 10-14; sporidia 16-18 ≈ 7-8.

CHITONOSPORA Bomm. Rouss. et Sacc. Suppl. Syll. p. 797.

Perithecia ut in *Leptosphaeria*, sporidia *Pseudovalsae.*

Chitonospora Ammophila Bomm. Rouss. et Sacc. l. c.

Hab. in foliis emortuis Psammae arenariae « Ostende Belgii ». (**Tab. LXXXI, fig. 4.** — Ex specim. orig. a claro Sacc. benevole communic.).

Perithecia sparsa, $^1/_3$ mm. d.; asci 75-90 ≈ 15-16; sporidia 24-27 ≈ 8-10. Sporidiorum fabrica *Pseudovalsis* cognata sed peritheciorum naturâ ab eis longe recedens.

GIBBERIDEA Fuck. Symb. Myc. p. 168. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 132. Winter Pilze II, p. 214.

Perithecia caespitoso-erumpentia; asci octospori; sporidia transverse septata, melleo-fuliginea. Adsunt status secundarii *Diplodia Ceuthospora.*

Gibberidea Visci Fuck. Sym. Myc. p. 168 Winter Pilze II, p. 214. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 132. Brefeld Unters. Myk. X, p. 208, t. VI, fig. 28.

Hab. in ramis emortuis et foliis Visci *in* « Germania ». (**Tab. LXXXI, fig. 5.** — Ex icone Brefeldiana).

Perithecia botryoideo-acervata; asci 114 ≈ 14; sporidia 38 ≈ 7. (saltem sec. Fuckel).

Gibberidea plagia (Cooke et Massee) Sacc. Suppl. Syll. Pars I, p. 820. *Melanomma plagia* Cooke et Massee in Grev. XVII, p. 8.

Hab. in ramis vivis Cassiniae aculeatae « Port Phillip Australiae ». **Tab. LXXXII, fig. I.** — Ex specim. orig. a cl. Cooke benevole comm.).

Perithecia stromate subcutaneo, erumpenti, convexulo insidentia, 1/3 mm. d.; asci 145-155 ≈ 14-18; sporidia 38-45 ≈ 11-13, primo tri- dein 5-septata, lutea, loculis extimis vix dilutioribus.

Est *Cucurbitaria* sporidiis non muriformibus.

CERATOSPHAERIA Niessl, Not. Pyr. p. 43, emend. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 227. Winter Pilze II, p. 258.

Perithecia semiimmersa vel superficialia, subcoriacea vel subcarbonacea, atra collo plus minus elongato praedita. Asci octospori, paraphysati. Sporidia pluriseptata typice hyalina.

Est *Rhynchosphaeria* sporidiis hyalinis. Peritheciorum fabrica est etiam analogum genus *Ceratostomellae, Ceratostomatis, Rhynchostomatis, Lentomitae, Rhamphoriae* et *Ophioceratis*.

Ceratosphaeria aeruginosa Rehm Ascom. n. 531. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 228. Winter Pilze II, p. 258. *Ceratosphaeria immersa* Winter in Hedw. 1881, p. 55, Sacc. Syll. l. c.

Hab. in ligno putri Aceris *et* Salicis « Augsburg Germaniae » *et* « Zürich Helvetiae ». (**Tab. LXXXII, fig. 2.** — Ex specim. orig. in Rehm l. c.).

Perithecia sparsa vel gregaria, nigro-viridula 1/2 mm. d.; rostro 0,5-2 mm. longo; asci 105-115 ≈ 14-16; sporidia 52-56 ≈ 5-6, diu hyalina dein pallide luteo-rufula.

Ceratosphaeria aeruginosa *var.* **minor** Rehm Asc. n. 789. Sacc. Suppl. Syll. Pars I, p. 871.

Hab. in asseribus fabrefactis « Augsburg, Germaniae ». (**Tab. LXXXII, fig. I.** — Ex specim. orig. in Rehm l. c.).

Perithecia sparsa, erostrata, 1/2 mm. d.; flavo-viridula; asci 85-100 ≈ 12-15; sporidia 38-42 ≈ 5-6, diu hyalina, dein pallide flavo-rufula.

An aptius cum typo sub genere *Rhynchosphaeria* ponenda?

Ceratosphaeria lampadophora (B. et Br.) Niessl Not. Pyr. p. 43, Winter Pilze II, p. 258. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 227. *Sphaeria lampadophora* B. et Br. Not. Brit. Fungi n. 882, tab. 11, fig. 28 Rabh. Fungi Eur. n. 139.

Hab. in ligno putrescente in « Britannia » *in ramis* Hederae *et* Ulmi *in* « Belgio » *et in trunco* Aceris Carpini etc. *in* « Helvetia ». (**Tab. LXXXIII, fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Cooke et Pirotta benevole comm.).

Perithecia gregaria, ligno infossa vel subsuperficialia, $^3/_4$ mm. d., pulverulento-viridula; asci 120-130 ≈ 12; sporidia 56-62 ≈ 4.

Sec. cl. Winter asci sunt multo longiores. (Cf. Winter l. c.).

Ceratosphaeria pusilla (Fuck.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 227. Winter Pilze II, p. 257. *Ceratostoma pusillum* Fuck. Symb. Myc. p. 128, Fungi rhen. n. 2012.

Hab. in ligno putri Salicis triandrae, *prope* « Oestrich Germaniae » (**Tab. LXXXIV, fig. I.** — Ex specim. orig. in Fuck. l. c. a cl. Briosi benevole comm.).

Perithecia sparsa, $^1/_3$ mm. d.; asci 130-150 ≈ 7-8; sporidia 20-25 ≈ 5-6.

Ceratosphaeria crinigera (Cooke) Sacc. Syll. Pyr. II. p. 227. *Sphaeria crinigera* Cooke in Grev. I. p. 156.

Hab. in ligno pineo « King's Lynn Britanniae » **Tab. LXXXIV. fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Cooke benevole comm.).

Perithecia sparsa vel subgregaria, $^1/_3$ mm. d.; asci 65-75 ≈ 10-12; sporidia 12-14 ≈ 4-6.

Species non examinatae, dubiae, vel e genere amovendae (1).

Ceratosphaeria rostrata (Kickx) Sacc. Non vidi; C. fuscella (Karst.) Sacc. C. cinerea (Quel.) Sacc. et C. Sarawacensis (Ces.) Sacc. Non vidi. C. rhenana (Auersw.) Berl. C. mycophila W. id. C. microdoma E. et C. est *Rhynchosphaeria.*

Clavis analytica generum Sphaeriacearum Phaeophragmiarum.

I. Simplices.
A Cortice tectae vel demum erumpentes.
§ Perithecia pariete crassa praedita
Sporidia halone mucoso cincta, magna — **Massaria**
§§ Perithecia membranacea
† Perithecia clypeo stromatico destituta
a Perithecia non pilosa neque byssiseda
Sporidia mutica, concoloria vel polis raro vix pallidioribus — **Leptosphaeria.**
Sporidia mutica, polis hyalinis, halone mucoso cincta — **Chitonospora.**
Sporidia mutica, halone mucoso destituta, loculis extimis hyalinis — **Passeriniella.**
Sporidia utrinque acute appendiculigera — **Ceriospora.**
Sporidia tantum basi appendiculigera — **Rebentischia.**
Sporidia articulo medio intensius colorato, caeteris valde crassiore — **Heptameria**

(1) Genus *Ceratosphaeria* potius inter *Sphaeriaceas Hyalophragmias* est censendum et ab eo separandae *C. aeruginosa* et *C. microdoma* quae aptius in genere *Rhynchosphaeria* transferendae sunt.

Sporidia 16 in quoque asco, apice connexa **Leptosphaeriopsis.**

aa Perithecia pilosa

Sporidia ut in *Leptosphaeria* **Pocosphaeria.**

†† Perithecia clypeo stromatico tecta

Sporidia septis plerumque imperfectis **Clypeosphaeria.**

AA Superficiales vel subsuperficiales

§ Pilosae vel byssisedae

Perithecia potius pilosa, sporidiis concoloribus **Chaetomastia.**

Perithecia potius byssiseda, sporidia (saltem typice) polis pallidioribus **Chaetosphaeria.**

§§ Glabrae

† Phytophilae

a Perithecia levia, erostrata

* Sporidia in articulos biloculares secedentia **Ohleria.**

** Sporidia non secedentia

Sporidia parvula vel maiuscula plus minusve fusoidea **Melanomma.**

Sporidia maxima, distincte biconoidea, inaequilateralia **Caryospora.**

aa Perithecia plus minusve sulcata, erostrata

Sporidia navicularia **Stuartella.**

aaa Perithecia levia, rostrata **Rhynchosphaeria.**

†† Fimicolae

Perithecia saepe minuta; sporidia in articulos secedentia, opaca **Sporormia.**

II Caespitoso-erumpentes

Perithecia stromate insidentia (ut in *Cucurbitaria*) **Gibberidea.**

III Compositae, stromaticae

§ Stroma effusum, eutypeum

Perithecia ligno immersa, collo plus minusve elongato **Kalmusia.**

§§ Stroma valsiforme, innatum

† Perithecia non furfuracea

Asci plerumque octospori, numquam monospori **Pseudovalsa.**

Asci monospori; sporidia maxima **Titania.**

†† Perithecia furfuracea

Asci octospori **Thyridaria.**

§§§ Stroma pulvinatum, emergens

Perithecia in stromate subperiphaerica, plus minusve prominula **Melogramma.**

Sec. **Hyalophragmiae** Sacc. Syll. Pyr. II, p. 152.

Simplices vel compositae. Sporidia oblonga vel fusoidea, pluriseptata, hyalina, nunquam muriformia.

CRYPTODERIS Auersw. Myc. Eur. Pyr. p. 29. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 229. Wint. Pilze II, p. 590.

Perithecia innata, rostro laterali longo instructa, membranacea. Asci octospori. Sporidia transverse septata, ad septum medium secedentia, ita ut ascus sporidiis 16 repletus videatur.

Cryptoderis lamprotheca (Desm.) Auersw. Myc. Eur. Pyr. p. 29, tab. III., fig. 30 et tab. XI, fig. 150. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 229. Winter Pilze II, p. 572 et 591. *Sphaeria lampr.* Desm. Ann. Sc. Nat. III, Sér. Vom. XVI, p. 315. *Sphaeria cryptoderis* Lév. Ann. sc. Nat. III Ser. tom. IX, p. 144. *Dothidea populina* West. III. Not. n. 7 *Pleuroceras ciliatum* Riess in Hedw. I, Band. p. 25 tab. VI, fig. 5. Rab. Herb. Myc. Ed. II, n. 746. *Linospora candida* Fuck. Symb. p. 123.

Hab. in foliis delapsis, putrescentibus, Populi albae *in* « Gallia, Germania *et* Belgio » (**Tab. LXXXIV, fig. 3.** — Ex specim. in Rab. l. c. a cl. Pirotta benevole comm.).

Perithecia 200-250 μ. diam., membranacea, sparsa; asci 90-110 ≈ 8–9; sporidia 38-44 ≈ $2^1/_2$-$3^1/_2$.

Sporidia mox ad sepimentum primarium scissa et tum 16 in quoque asco.

Species e genere amovendae vel non examinatae.

Cryptoderis Chamaemori (Fr.) Sacc. est novi generis (*Gnomoniopsis* Berl.) typus. C. oligotheca St. et Grev. Non vidi.

GNOMONIOPSIS Berl. nov. genus.

Perithecia innata, rostro longiusculo praedita, membranacea. Asci octospori. Sporidia fusoideo-elongata, transverse septata, articulis non secedentibus.

Gnomoniopsis Chamaemori (Fr.) Berl. *Cryptoderis Chamaemori* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 230. *Sphaeria Chamaemori* Fr. Syst. Myc. II. p. 519. *Gnomonia Cham.* Niessl in Oest. Bot. Zeitschr. 1875. p. 48, Karsten Myc. Fenn. II, p. 123, Winter Pilze II p. 588 *Gnomonia riparia* Niessl N. Kern. p. 47, Winter l. c. *Cryptoderis riparia* Sacc. l. c.

Hab. ad nervos primarios et petiolis Rubi Chamaemori, R. corylifolii, *et* R. fruticosi *et in caulibus siccis* Epilobii hirsuti *in* « Lapponia, Fennia, Germania, Italia *et* Austria » (**Tab. LXXXV fig. 1.** — Ex specim. Niessleanis in Herb. Sacc.).

Perithecia $^1/_3$ mm d.; asci 28-35 ≈ 6 7; sporidia 16 18 ≈ $2^1/_2$-$3^1/_2$ (sine app.).

Gnomoniopsis Chamaemori var. **misella** (Niessl) Berl. *Gnomonia misella* Niessl Neue Kern. p. 48. Winter Pilze II, p. 588. *Cryptoderis misella* Sacc. Syll. II, p. 230.

Hab. in caulibus siccis Hyperici perforati, *prope* « Gratz Styriae » A typo vix differt peritheciis depressis, ostiolo conico, brevi, sporidiisque paulo minoribus (Ex specim. orig.).

WINTERELLA Berl. n. gen.

Perithecia gregaria, superficialia, tuberculigera. Asci octospori. Sporidia, ut videtur, demum pluriseptata.

Species unica, et genuina, est *Winterella tuberculigera*. Genus vero *Zignoellae* valde affine sed satis distinctum.

Genus *Winteria* est hyalodictya, et in familia « *Dictyosporae* » pro *Winterina*, quod posterius est, (cum speciebus *W. crustosa, W. rhoina, W. coerulea, W. viridis, W. lichenoides*) locandum.

Winterella tuberculigera (Ell. et Ev.) Berl. *Winteria tuberculigera* Ell. et Ev. Prooc. Phil. 1890, p. 240, et N. Am. Pyr. p. 212. Sacc. Suppl. Syll. Pars. I, p. 870.

Hab. in cortice Prunorum « London, Canada Am. bor. » (**Tab. LXXXV, fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Ellis benevole comm.).

Perithecia gregaria, $^1/_3$ mm d, rugoso-tuberculigera, superficialia; asci 32-36 ≈ 8-9; sporidia 6–8 ≈ 2-2 $^1/_2$; an demum triseptata?

Species e genere excludendae vel non examinatae.

Winteria excellens Rehm est *Discomyces*. W. ordinata (Fr.) Sacc. Non vidi. W. culmigena Karst. est *Gibberella Saubinetii* sec. specim. orig.

ZIGNOELLA Sacc. Mich. I, p. 346. Syll. Pyr. II, p. 214.

Perithecia levia, subsuperficialia, ligni-corticola, carbonacea. Asci octospori. Sporidia plus minusve elongata, pluriseptata.

Est *Melanomma* hyalosporum.

Zignoella pygmaea (Karst.) Sacc. Mich. I, p. 346. *Sphaeria pygmaea* Karst. Myc. Fenn. II, p. 93, Rev. atque Syn. Asc. Fenn. p. 51. Rehm asc. n. 889.

Hab. in ligno vetusto Hyppophäes rhamnoidis *et* Alni *prope* « Wasa *et* Mustiala Fenniae » *nec non in* « Germania » (**Tab. LXXXV fig. 3.** — Ex specim. Rehmianis).

Perithecia gregaria, $^1/_5$ mm. d ; asci 45-50 ≈ 4-5; sporidia 6-8 ≈ 2-3.

Vix *Zignoella* aptius *Melanopsamma*.

Zignoella groenendalensis Sacc Bomm. et Rouss. in Sacc. Misc. Myc. I, p. 17 et Suppl. I, Syll, p. 866. et Florul. p. 203.

Hab. in ligno fagineo putri « Groenendael » *prope* « Bruxelles *in* Belgio ». (**Tab. LXXXV fig. 4.** — Ex spec. orig. a cl. Sacc. benevole comm.).

Perithecia gregaria vel hic inde sparsa, $^1/_6$-$^1/_5$ mm. d.; asci 85-95 ≈ 6-7; sporidia 12 ≈ 5. senescendo spurie 1-septata.

Zignoella obliqua Rom. F. aliq. Succ. p. 24, Sacc. Supp. I, Syll. p. 868.

Hab. in cortice emortuo Salicis « Upsaliae, Sueciae » (**Tab. LXXXV fig. 5.** — Ex specim. orig. in Herb. Sacc.).

Perithecia sparsa, $^1/_4$ mm. d.; asci 80 100 ≈ 7 9; sporidia 30-32 ≈ 4.

Sporidiorum forma ad *Z. Archerii* et *Z. rhodobapham* appropinquatur.

Zignoella? rhodobapha (B. et Br.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 221. *Sphaeria rhodobapha* B. et Br. Brit Fungi n 1334. tab. XXXI fig. 29.

Hab. in ramis decorticatis, roseo-maculatis in « Britannia » (**Tab. LXXXVI, fig. 1.** — Ex spec. orig. a cl. Cooke benevole communicatis).

Perithecia sparsa, $^1/_5$-$^1/_4$ mm. d.; asci.... non visi; sporidia 16 20 ≈ 4-5. Si macularum ramorum fungillus causa sit, mihi valde dubium. Ascos non vidi. Species omnibus characteribus *Sphaeropsidearum* gaudet sed eam hic retuli fide cl. Berkeley.

Zignoella Archerii (Berk.). Sacc. Syll. Pyr. II, p. 216. *Sphaeria Archerii* Berk. F. Tasm. II, 280.

Hab. in ligno putrescente in « Tasmania ». (**Tab. LXXXVI, fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Cooke benevole comm.).

Perithecia conferta, stromate planiusculo, elevato, atro, inserta, $^1/_3$ mm. d.; asci 70-80 ≈ 8-11; sporidia 20-25 ≈ 4-5, hyalina, 1-septata. demum (an senescendo?) fuliginea, sed numquam (saltem in specimine observato) 3-septata. An novi generis typus.).

Zignoella? latericolla (Berk.) Sacc. Syll. II, p. 222. *Sphaeria latericolla* Berk. North Am. Fungi p. 181 nec. De Cand.

Hab. in lignis in « Carolina inf. *et* Pensylvania Am. bor. » (**Tab. LXXXVI, fig. 3.** — Ex specim. orig. a cl. Cooke benevole communic.).

Perithecia $^1/_4$ mm. d., gregaria; asci..... non visi; sporidia 25-30 ≈ 10-12. Species in genere valde incerta. Ostiola vix lateralia.

Zignoella exigua (C. et P.) Sacc. Syll. II, p. 215. Ell. et Ev. N. Am. Pyr. p. 187. *Sphaeria exigua* C. et P. 30 Rep. St. Mus.

Hab. in ligno putri dejecto « Ricfield Springs Amer. bor. » (**Tab. LXXXVI, fig. 4.** — Ex spec. orig. a cl. Cooke benevole comm.).

Perithecia gregaria, $^1/_3$ mm. d.; asci 45-50 ≈ 10-12; sporidia 16-18 ≈ 6-7,5.

Semper sporidia didyma observavi, rarius plasmate irregulariter 2 4 partito Aptius ad *Melanopsamma* transferenda, certe vix et aegre *Zignoella*.

Zignoella seriata (Curr.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 220 *Sphaeria seriata* Curr. Linn. Trans. XXII, pag. 329 tabella 59 figura 121 *Sphaeria pusilla* Cooke Handb. n. 2668.

Hab. in lignis denudatis in « Britannia » (**Tab. LXXXVI, fig. 5.** — Ex specim. *Sph. pusillae* a cl. Cooke benev. comm.).

Perithecia seriata, $^1/_5$ mm. d.: asci 60-75 ≈ 6-8: sporidia 16-18 ≈ 3.

Zignoella Campi-Silii Sacc. Mich. II, p. 346 Syll. Pyr. II, p. 219. *Melanomma Campi-Silii* Sacc. Fungi It. tab. 290. Mich. I. p. 449.

Hab. in ligno denudato duriore fagineo « Cansiglio, Treviso, Ital. bor. » (**Tab. LXXXVII. fig. I.** — Ex specim. orig. a cl. Saccardo benevole comm.).

Perithecia gregaria, $^1/_5$ mm. d., asci 90-100 ≈ 6-8; sporidia 12-15 ≈ 4-4 $^1/_2$.

Zignoella segregata (B. et C.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 219 *Sphaeria segregata* B. et B. North Am. Fungi n. 903.

Hab. in ligno putri « Carolina Am. bor. » (**Tab. LXXXVII, fig 2.** — Ex spec. orig. a cl. Cooke benevole comm.).

Perithecia subgregaria, $^1/_5$ mm. d.: asci 60 70 ≈ 6-8: sporidia 12-15 ≈ 4.

Videtur formam evolutiorem *Zign. Campi-Silii.*

Zignoella punctiformis Sacc. et Th. Mich. II. p. 320 Syll. Pyr. II. p. 215.

Hab. in cortice interiore Populi « Lyon Galliae » (**Tab. LXXXVII. fig. 3.** — Ex spec. orig. in Herb. Sacc.).

Perithecia dense gregaria, 100-120 μ. diam.: asci 70-80 ≈ 15-17; sporidia 17-19 ≈ 7-8. Merito prope *Zign. ovoideam* var. *Rumsalensem* posita.

Zignoella obliterans (B. et Br.) Berl. *Sphaeria obliterans* B. et Br. Brit. Fungi n. 800, tab. 11. fig. 54. *Melanomma obliterans* Sacc. Syll. Pyr. II. p. 101.

Hab. in ramis decorticatis pineis « Batheaston Britanniae » **Tab. XCVI. fig. 3.** — Ex specim. orig. a cl. Cooke benevole comm.).

Perithecia sparsa, semiinfossa, $^1/_3$ mm. d.: asci 70-80 ≈ 10-12: sporidia 18-22 ≈ 5-6.

Zignoella herbana Pass. Funghi Nuovi IV, n. 23. Sacc. Suppl. Tot. Syll. I. pag. 801.

Hab. in cortice vetusto Oleae *prope* « Orvieto Italiae » (**Tab. XCVI. fig. I.** — Ex specim. orig. a cl. Passerini benevole comm.).

Perithecia subsparsa, $^1/_4$ mm. d.; asci 50 60 ≈ 10: sporidia 16-18 ≈ 5-6.

Zignoella crustacea (Karst.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 220. *Sphaeria crustacea* Karsten Myc. Fenn. II, p 95. Rev. Asc. Fenn. p. 51.

Hab. in ligno Pini silvestris *vetusto in* « Fennia » (**Tab. LXXXVII, fig. 4.** — Ex spec. orig. a cl. Karsten benevole communic.).

Perithecia crustacee conferta, $^1/_5$-$^1/_7$ mm. d.: asci 55-65 ≈ 7-8: sporidia 20-22 ≈ 3-4.

Zignoella translucens Karst. in Hedw. 1888, Sacc. Suppl. I. Syll. p. 864.

Hab. in ligno Piceae excelsae *prope* « Vasam Fenniae » (**Tab. LXXXVII, fig. 5.** — Ex specim. orig. a cl. Karsten benevole comm.).

Perithecia $^1/_7$-$^1/_6$ mm. d.: asci 50-60 ≈ 10-12: sporidia 17-19 ≈ 5.

Affinis *Z. punctiformi.*

Zignoella Maingayi (Cooke) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 224. *Conisphaeria Maingayi* Cooke in Grev. XI, p. 76.

Hab. in cortice prope « Shanghai Sinarum » (**Tab. LXXXVII, fig. 6.** — Ex spec. orig. a cl. Cooke benevole comm.).

Perithecia sparsa, 1/3 mm. d.: asci 95-105 × 10-12: sporidia 22-25 × 4-5.

Vix *Zignoella*. An aptius *Metasphaeria*?

Zignoella soluta (C. et Ell.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 216. *Sphaeria soluta* C. et E. in Grev. V, p. 54, tab. 80, fig. 16.

Hab. in asseribus pineis « New Jersey Am. bor. » (**Tab. LXXXVIII, fig. I.** — Ex spec. orig. a cl. Cooke benevole comm.).

Perithecia sparsa, saepe ostiolo crasso, cylindraceo, fere lophiostomaceo instructa, 1/4 mm. d.; asci, jam fere resorpti, 80 × 17: sporidia 17-20 × 6-7. Sec. Ell. et. Ev. (N. Am. Pyr. p. 180) est var. *Z. diaphanae*. Certe ei valde affinis et verisimiliter haud separanda.

Zignoella prorumpens (Rehm) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 223 *Trematosphaeria prorumpens* Rehm Asc. n. 480.

Hab. ad asseres pineos *prope* « Augsburg Germaniae » (**Tab. LXXXVIII, fig. 2.** — Ex specim. orig. in Rehm l. c.).

Perithecia subsparsa, 1/3 mm. d.: asci 130-140 × 7-8: sporidia 18-20 × 5-6.

Zignoella eutypoides Sacc. Mich. II, p. 248. Syll. Pyr. II, p. 216.

Hab. in truncis ramisque Rosae *emortuis in* « Monte Cimon Ital. bor. » (**Tab. LXXXVIII, fig. 3.** — Ex spec. orig. a cl. Saccardo benevole comm.).

Perithecia gregaria, basi ligno insculpta, vel crusta stromatica, ad *Eutypae* instar, tecta, 1/4-1/3 mm. d.: asci 100-110 × 6-7: sporidia 18-20 × 3 1/2.

Ascos et sporidia tantum inveni in perith. crusta stromatica tectis, dum perith. subsuperficialia gregaria, ostiolo longiusculo praedita, semper sterilia inveni. Speciem fide summi Magistri mei retuli. Si perithecia gregaria ab iis stromate tectis aliena sunt, species certe a genere removenda. An duae species?

Zignoella minutissima (Karst.) Sacc. Syll. Add. II, p. LXII et Suppl. I, pag. 865 Karst. Rev. Asc. Fenn. p. 41. *Sphaeria minutissima* Karst. in Hedw. 1883, pag. 41.

Hab. in ligno vetusto ad « Aboam Fenniae » (**Tab. LXXXIX, fig. I.** — Ex specim. orig. a cl. Karsten benevole comm.).

Perithecia sparsa, 1/7-1/6 mm. d.: asci 55-65 × 9-11: sporidia 16-19 × 4-5.

Affinis *Zign. transluc.* quae huius fere varietas habenda.

Zignoella pachyspora Sacc. Bomm. et Rouss. in Bull. Soc. Bot. R. Belg. 1880, p. 173, Sacc. Syll. Suppl. I, p. 866.

Hab. in ligno Populi *submerso* « Jenk *in* Belgio » (**Tab. LXXXIX, fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Sacc. benevole comm.).

Perithecia dense gregaria, 1/3 mm. d.: asci 150-160 × 10-11: sporidia 20-25 × 8.

Zignoella diaphana (C. et Ell.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 221. Ell. et Ev. N. Am. Pyr. p. 187. *Sphaeria diaphana* C. et E. Grev. V. p. 53, tab. 80, fig. 15.

Hab. in ramis decorticatis « New Jersey Am. bor. » (**Tab. LXXXIX. fig. 3.** — Ex specim. orig. a cl. Cooke et Ellis benevole comm.).

Perithecia subsparsa, $^1/_6$-$^1/_5$ mm. d.; asci 85-95 ≈ 12-14; sporidia 18-20 ≈ 6-7.

Zignoella jurana Sacc. et Berl. Misc. Myc. II, p. 19. tab. X fig. 25. Sacc. Add. Syll. Pyr. I, p. 860.

Hab. in ligno indurato Lonicerae *in monte* « Iura Helvetiae » (**Tab LXXXIX fig. 4.** — Ex spec. orig. in Herb. Sacc.).

Perithecia subsparsa, $^1/_4$-$^1/_3$ mm. d.; asci 60-70 ≈ 10-12; sporidia 16-18 ≈ 4-5. Affinis *Z. diaphanae.*

Zignoella immersa Karst. Symb. Myc. Fenn. XXVI, p. 29 Sacc. Suppl. I, Syll. p. 864.

Hab. in assere pineo *fabrefacto intemperiis exposito* « Mustiala Fenniae » (**Tab. XC fig. I.** — Ex specim. orig. a cl. Karsten benevole comm.).

Perithecia gregaria vel vix sparsa, $^1/_5$-$^1/_4$ mm. d.; asci 150-160 ≈ 18-20; sporidia 34-36 ≈ 6-7. Affinis *Z. nitidulae* et *Z. fallaci*, a quibus praecipue magnitudine sporidiorum differt.

Zignoella sequanica Sacc. et Malbr. Fungi Gall. Ser. V. n. 2169, Suppl. Syll. I, p. 862.

Hab. in ramis decorticatis emortuis, dejectis Salicis *ad ripas* « Sequanae » *prope* « Rouen Galliae » (**Tab. XC, fig. 2.** — Ex spec. orig. a cl. Sacc. benevole comm.).

Perithecia vix gregaria, $^1/_3$ et fere $^1/_2$ mm. d.; asci 140-160 ≈ 16-18; sporidia 34-36 ≈ 9-11. Affinis *Z. fallaci* sed major. An sporidia demum 5-septata? A *Z. rhodobapha* longe distat.

Zignoella Morthieri (Fuck.) Sacc. Mich. I, p. 347. Syll. Pyr. II, p. 222. *Trematosph. Morthieri* Fuck. Symb. Myc. App. I, p. 306. Winter Die Pilze II, p. 263, Rehm Asc. n. 87. Thuem. Myc. Un. n. 167. *Tremat. Picastra* Fuck. Symb. Myc. p. 162 nec. Fries. *Zign. albocincta* Sacc. Syll. l. c. 224, *Sphaeria albocincta* C. et Ell. Grev. VII, p. 9.

Hab. in ligno exsiccato subputri Pini *in* « Iura Helvetiae » *et in* « Germania *et* Am. bor. » (**Tab. XC, fig. 3.** — Ex spec. orig. in Thuem. l. c.).

Perithecia sparsa, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 65-75 ≈ 15-16; sporidia 24-27 ≈ 7-8. Affinis *Z. diaphanae.*

Zignoella ovoidea (Fr.) Sacc. Mich. I. p. 346, Syll. Pyr. II, p. 215. Karst. Rev. Asc. Fenn. p. 41. *Melanomma ovoid.* Winter Die Pilze II. p. 246. Fuck. Symb. p. 59. *Sphaeria ovoid.* Fries Syst. II, p. 459. *Sphaeria pulviscula* Curr. Simpl. Sphaer. p. 320, tab. 58. fig. 52. *Melanomma pulviscula* Sacc. Myc. Ven. Spec. p. 114, tab. XI, fig. 33-36. Winter Pilze II, p. 244. *Zignoella Pulv.* Sacc.

Syll. l. c. p. 214. Ell. et Ev. N. Am. Pyr. p. 186. Brun. Contr. Fl. Myc. Ouest, Pyr. p. 190. Bomm. et Rouss. Fl. p. 203.

Hab. supra lignum corticemque Quercus Coryli *et* Betulae *in* « Fennia australi, Suecia, Gallia, Germania, Britannia, Belgio *et* Amer. bor. » (**Tab. XCI, fig. 1.** — Ex specim. in Rehm. Asc. n. 639, sub *Melanomma*, cum originalibus *Zign. pulvisculae* et *Z. cariosae* comp.).

Perithecia dense gregaria, $^1/_3$ mm. d.; asci 90-100 ≈ 9-12; sporidia 25-28 ≈ 4-5, primo biconoidea dein triseptata in massa pallidule viridula.

Zign. ovoidea var. **Runsalensis** Karst. Symb. Myc. Fenn. XIII, p. 6. Rev. atque Syn. Asc. Fenn. p. 41.

Hab. in ligno quercino sicco in « Runsala » Fenniae. (**Tab. XCI, fig. 2.** — Ex spec. orig. a claro Karsten benevole comm.).

Perithecia gregaria, minuta, $^1/_5$-$^1/_4$ mm. d.; asci 45-55 ≈ 8-10; sporidia 14-18 ≈ 4-5. A typo profunde differt et potius species. *Z. punctiformi* affinis.

Zignoella Mori (Fab.) Sacc. Suppl. Syll. Pyr. I, pag. 862. Berlese Fungi Mor. tab. 28, fig. 7-11. *Trematosphaeria Mori* Fabre Spher. Vaucl. II, p. 53, fig. 28.

Hab. ad lignum subputrem et cavum Mori albae « Vaucluse, Galliae » (**Tab. XCVI, fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Fabre benevole comm.).

Perithecia gregaria, irregularia, poro minutissimo pertusa, dein rima plus minus elongatâ aperta, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 100-110 ≈ 10-12; sporidia 25-28 ≈ 5-6.

Zignoella macrasca Sacc. Mich. II, p. 138, Syll. Pyr. II. p. 223. Ell. et Ev. N. Am. Pyr. p. 188.

Hab. in ligno corrupto in « Carolina Amer. bor. » (**Tab. XCI, fig. 3.** — Ex specim. orig. a cl. Saccardo benevole comm.).

Perithecia $^1/_2$ mm. d.; subsparsa; asci 200 ≈ 10; sporidia 30 ≈ 6.

Zignoella atrella (C. et Ell.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 215, *Sphaeria atriella* C. et E. in Grev. VI, p. 94, tab. 100, fig. 29.

Hab. in ligno subputri Aceris « New Jersey Americae boreal. » (**Tab. XCII, fig. 1.** — Ex spec. orig. a cl. Cooke benev. comm.).

Perithecia gregaria, $^1/_3$ mm. d.; asci 135-145 ≈ 10-12; sporidia 26 32 ≈ 5-6.

Zignoella nitidula Sacc. Mich. II, p. 139. Syll. Pyr. Vol. II, p. 220 et in Thuem. Fungi Sib. n. 759.

Hab. in cortice levi Betulae verrucosae « Minussink Sibiriae asiaticae » (**Tab. XCII fig. 2.** — Ex spec. orig. a cl. Sacc. benevole comm.).

Perithecia gregaria vel subsparsa, $^1/_5$ mm. d.; asci 60-70 ≈ 12-14; sporidia 22-24 ≈ 4.

Valde affinis *Z. fallaci* cuius aptius ut varietas habenda.

Zignoella Hanburiana Penz. et Sacc. Funghi Mort. p. 6. tab. IV, fig. 1, Sacc. Syll. Suppl. p. 861.

Hab. in ligno vetusto Oleae sativae « Mortola Ital. bor. » (**Tab. XCII, fig. 3.** — Ex spec. orig. a cl. Sacc. benevole comm.).

Perithecia sparsa, 1/3 et fere 1/2 mm. d.; asci 120-130 ≈ 15-20; sporidia 32-35 ≈ 8-10.

Zignoella collabens (Curr.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 221. *Sphaeria collabens* Curr. Linn. Trans. XXII p. 320 tab. 58, fig. 51.

Hab. in corticibus et lignis in « Britannia » (**Tab. XCIII, fig. I.** — Ex spec. orig. a cl. Cooke benevole comm.).

Perithecia gregaria, 1/3 mm. d.; asci 120 130 ≈ 12-15; sporidia 40-45 ≈ 5-7.

Zignoella fallax Sacc. Syll. Pyr. II, p. 218. *Melanomma fallax* Sacc. Mich. I, p. 41, Fungi It. tab. 298.

Hab. in ligno denudato quercino « Selva, Treviso Ital. bor. » (**Tab. XCIII, fig. 2.** — Ex spec. orig. a claro Saccardo benev. comm.).

Perithecia laxe gregaria, 1/3 mm. d.; asci 100-110 ≈ 9-11, sporidia 20-25 ≈ 5-7 1/2.

Zignoella dolichospora Sacc. Mich. I, p. 401, Fungi It. tab. 342, Syll. Pyr. II, p. 218.

Hab. in ligno caeso quercino « Montello Ital. bor. » (**Tab. XCIII fig. 3.** — Ex spec. orig. a cl. Saccardo benevole comm.).

Perithecia dense gregaria, 1/5 mm. d.; asci 100-110 ≈ 12-14; sporidia 26-32 ≈ 5-6.

In specim. examinatis sporidia semper 5-septata observavi.

Zignoella macrospora Sacc. Mich. I, p. 346, Syll. Pyr. II, p. 221. *Melanomma macrosporum* Sacc. Mich. I, p. 449, Fungi It. tab. 300.

Hab. in ligno decorticato fagineo *in silva* « Cansiglio It. bor. » (**Tab. XCIV, fig. I.** — Ex spec. orig. a cl. Sacc. benevole comm.).

Perithecia subgregaria, 1/5 mm. d.; asci 100-110 ≈ 7-9; sporidia 36-40 ≈ 2 1/2-3.

Zignoella nematasca S. et S. Mich. I, p. 401. Sacc. F. it. t. 343 Syll. Pyr. II, p. 224.

Hab. in ramulis decorticatis Fraxini Orni *in* « Euganeis Ital. bor. » (**Tab. XCIV, fig. 2.** — Ex spec. orig. a cl. Sacc. benevole comm.).

Perithecia sparsa, 1/3 mm. d., semiimmersa; asci 150-170 ≈ 9-10; sporidia 30-33 ≈ 6-7. An potius *Saccardoëlla ?*

Zignoella populina Br. et Har. Rev. Myc. 1891, p. 16. Sacc. Suppl. Syll. Pars I, p. 868.

Hab. in cortice Populi « Mery-sur-Seine, Aube, Galliae » (**Tab. XCV, fig I.** — Ex spec. orig. a cl. Hariot benevole comm.).

Perithecia sparsa, 1/3-1/2 mm. d.; asci 90-100 ≈ 16-19; sporidia 36-40 ≈ 8-9, perfecte hyalina.

Zignoella corticola (Fuck.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 222. *Trematosphaeria corticola* Fuck. Symb. Myc. p. 162, F. rhen. n. 2528 Winter Pilze II, p. 276.

Hab. in corticibus Ulmi campestris *et* Salicis fragilis *in* « Rhenogovia » (**Tab. XCV, fig. 2.** — Ex spec. orig. in Fuck. Fungi rhen. l. c. editis et a cl. Briosi benevole comm.).

Perithecia gregaria, plerumque semiimmersa, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d., carbonacea; asci 105 120 ≈ 16-18; sporidia 32-35 ≈ 6-8, primo binucleata, dein triseptata.

Zignoella scalaris (Dur. et Mont.) Berl. *Sphaeria scalaris* Dr. et M. Crypt. n. 835, et Fl. Alg. I. p. 510. *Metasphaeria scalaris* Sacc. Syll. Pyr. II. p. 168.

Hab. in ramis Oleae europeae « Alger » (**Tab. XCVII, fig. I.** — Ex spec. orig. a cl. Hariot Musaei Parisiensis benevole comm.).

Perithecia sparsa vel vix gregaria, usque fere 1 mm. d., contextu carbonaceo, crasso; asci perfecte cylindracei, 240-260 ≈ 10; sporidia monosticha 30-33 ≈ 8. Aptius *Saccardoella ?*

Zignoella Astrocaryi (Cooke) Sacc. Syll. Pyr. II. p. 218. *Sphaeria Astroc.* Cooke Some Extraeur. Fungi in Grev. VII, p. 15.

Hab. in petiolis Astrocaryi *in* « Brasilia » (**Tab. XCVIII, fig. I.** — Ex spec. orig. a cl. Cooke benevole comm.).

Perithecia sparsa, $^1/_3$ mm. d.; asci 90-100 ≈ 15-17; sporidia 58-63 ≈ 6-7. Perithecia basi piligera. An *Lasiosphaeria ?*

Species non examinatae, dubiae vel e genere amovendae

Zign. conica (Fuck) Sacc. Non vidi. Z. aterrima (Fuck.) Sacc. id. Z. inflata (Ellis) Sacc. est *Winteria* Z. funicola (Ell.) Sacc. est *Pleospora* hyalospora. Z. rhitidodes (B. et Br.) Sacc. est *Melanomma* nam sporidia sunt lutea. Z. incerta Speg. Non vidi. Z. Proteus (B. et C.) Sacc. In specimin. orig. a cl. Cooke et cl. Hariot benevole missis stromata *Hypoxylaceam* quamdam immaturam indicant, dum perithecia cupulata ad Lichenem dictyosporum pertinent. Z. papillata (Fuck.) Sacc. Non vidi Z. ostioloidea (Cooke) Sacc. specim. orig. sterilia. Z. paecilostoma (B. et Br.) Sacc. est *Lophiotrema praemorsum*. Z. populicola (Cr.) Sacc. Non vidi, mihi valde dubia. Z. tingens (Ces.) Sacc. Non vidi. Z. verrucarioides (Cr.) Sacc. mihi valde dubia. Z. cryptarum (Fuck.) Sacc. Non vidi. Z. emergens (Karst.) Sacc. Specim. orig. sterilia. Z. Sequoiae (Peck.) Sacc. Non vidi. Z. transylvanica Rehm Potius *Saccardoella*. Z. Dubyi (D. Not.) Non vidi Z. insculpta (Fr.) Sacc. specim. a cl. Oudemans benevole communic. sterilia inveni. Zignöella Mülleri (Duby) Berl. (*Lept. Mull.* Sacc. Syll. II, p. 39). Specimina origin. natura perith. certe ad Zign. spectant, sed haud rite matura observavi. Species quare mihi incerta videtur. Z. Haynaldii Sc. et S. non vidi. Z. ramenticola Sch. et S. id. Z. Ebuli Malbr. et Brun. est *Lophiotr. praemorsum*, ex specim. orig. Z. Bizzozeriana Cocc. et Mor. est *Giberella pulicaris*. Z. salicicola Fabr. non vidi. Z. longispora Speg. id. Z. leptospora Sp. id. Z. patagonica Speg. id. Z. australis Speg. id. Z. adiuncta Pass. est *Melanomma Pulvis-pyrius*. Sporidia sunt fuscidula, ad septa constricta, loculis mediis obscurioribus, Z. Oudemansii Karst. Specim. orig. sterilia. Z. paraguayensis Speg. Perithecia

contextu molli amoene coeruleo-virescenti, *Nectriaceam* indicant. Z. intermedia Pass. non vidi Z. Vincentii Cooke in specim. orig. asci et sporidia jam destructa, sed perithecia sunt distincte lophiostomacea. Z. ignobilis (Karst.) Sacc. specimina originalia fungillum immaturum indicant. Z. hysterioides est *Lophiotrema* aff. *L. praemorso* Z. Matthiolae Cooke. Ex specim. orig. nihil eruere portui. Z. subcorticalis Cooke Non vidi. Z. sociabilis Sch. et S. id. Z. dealbata Cooke id. Z. megalospora (Fab.) Sacc. id. Z. Britzelmayri Sacc. id. Z. subvestita (E. et E.) Berl. id. Z. fuegiana Speg. id. Z. querceti Cooke id. Z. antarctica Speg. id. Z. australis Cooke id.

SACCARDOELLA Sacc. Mich. I, p. 461. Syll. Pyr. II, p. 190.

Perithecia carbonacea, immersa. Asci octospori. Sporidia pluries septata, subinde appendiculigera.

Saccardoella transylvanica (Rehm) Berl. *Zignoella transylvanica* Rehm Ascom. Lojk. n. 46. p. 47, Sacc. Syll. Pyr. II, p. 225.

Hab. ad ramum exsiccatum Syringae vulgaris *prope* « Petrilla Transylvaniae » (**Tab. XCVIII, fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Rehm benevole communicato.).

Perithecia sparsa, ligno immersa, fere 1 mm. diam.; asci 260-300 ≈ 12, sporidia 45-50 ≈ 8-9, mutica. A *Zignoëllis* differt peritheciis ligno immersis.

Saccardoella montellica Speg. Mich. I, p. 461. Sacc. Fungi It. tab. 630, Syll. Pyr. II, p. 191.

Hab. ad corticem vetustum Quercuum *in sylva* « Montello, Ital. bor. » (**Tab. XCIX, fig. I.** — Specim. non vidi. Adumbratio ex Sacc. Fungi it. l. c. decerpsi).

Perithecia $\frac{1}{2}$-$\frac{3}{4}$ mm. d.; asci 400-450 ≈ 14-15; sporidia 100-115 ≈ 12, utrinque setulâ 10-15 ≈ 1 coronata, 20-30-septata.

Saccardoellam canadensem examinare nequivi.

ACANTHOSTIGMA De Not. Sfer. it. p. 85. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 207. Winter Pilze II, p. 202.

Perithecia libera, sphaeroideo conoidea, setulis plus minus numerosis vestita. Asci octospori. Sporidia elongata vel fusoidea, 2 plurilocularia.

Species plerumque lignicolae, sed etiam nonnullae cauli-foliicolae.

Acanthostigma Peltigerae (Fuck.) Winter Die Pilze II, p. 203. *Trichosphaeria Peltigerae* Fuck. Symb. Nachtr. II, p. 25. Fungi rhen. n. 2531. *Enchnosphaeria Peltigerae* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 207.

Hab. in thallo decolorato vivo Peltigerae caninae *in* « Jura Helvetiae » (**Tab. XCIX, fig. 2.** — Ex specim. orig. in Fuck. l. c. a cl. Briosi benevole communicatis.)

Perithecia sparsa, minuta $\frac{1}{6}$-$\frac{1}{4}$ mm. d., superne saepe breviter setigera; asci 70-80 ≈ 15-18; sporidia 17-20 ≈ 6-7, hyalina.

Acanthostigma fennicum (Karst.) Berl. *Lasiosphaeria Britzelmayri* var. *fennica* Karst. in Rev. Myc. 1887, p. 160. Sacc. Suppl. Syll. Pars I, p. 852.

Hab. in cortice putri Betulae *in prato mustialensi* « Myllyperä Fenniae » (**Tab. XCIX, fig. 3.** — Ex specim. orig. a cl. Karsten benevole communicatis).

Perithecia subsparsa, $^1/_3$ mm. d., parcissime setigera; asci 110-120 ≈ 6-8; sporidia 30-34 ≈ 4-5. Certe valde affine *Lasiosph. Britzelm.* quae verisimillime est *Acanthostigma* ab hoc haud nimis alienum.

Acanthostigma affine Sacc. et Berl. Miscell. Myc. II, p. 28, tab. VIII, fig. 1. Sacc. Suppl. Syll. Pars I, p. 854.

Hab. in ramis putridis, decorticatis « Cervarese It. bor. » (**Tab. C, fig. I**).

Perithecia subsparsa, $^1/_4$ mm. d., setigera, setis 100 150 μ. longis; asci 90-100 ≈ 12-14; sporidia 25 30 ≈ 4-7, hyalina.

Acanthostigma hispidulum (S. et S.) Berl. *Lasiosph. hispidula* Sacc. et Speg. in Mich. I, p. 406. F. it. tab. 390, Syll. Pyr. II, p. 199. Bomm. et Rouss. Fl. pag. 194.

Hab. in culmis Graminum *minorum* « Italiae borealis » *et in* Pteride aquilina *in* « Belgio » (**Tab. C, fig. 2.** — Ex spec. orig. a cl. Saccardo benevole comm.).

Perithecia sparsa, $^1/_4$ mm. d.; asci 50 60 ≈ 8-19; sporidia 32-36 ≈ 2 $^1/_2$-3, hyalina.

Dimensiones spegazzinias excedentes invenimus (Cfr. Speg. l. c.).

Acanthostigma Clintonii (Peck) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 210. Ell. et Ev. N. Am. Pyr. p. 155. *Sphaeria Clintonii* Peck 30 Rep. St. Mus. t. II, fig. 19 23.

Hab. in lignis deiectis « Alden Amer. bor. » (**Tab. C, fig. 3.** — Ex spec. orig. a cl. Peck benevole comm.).

Perithecia sparsa, $^1/_6$-$^1/_5$ mm. d.; asci 90-100 ≈ 18 22; sporidia 40-41 ≈ 5-7, hyalina.

Acanthostigma byssophilum (Rehm) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 211. Winter Pilze II, p. 202. *Trichosphaeria byssophila* Rehm Beitr. Ascom. in Hedw. 1882, pag. 121.

Hab. in thallo Tapesiae prunicolae *ad* Alnum viridem *prope* « Rietzlern alp. Algeviae bavaricae (**Tab. C, fig. 4.** — Ex spec, orig. a cl. Rehm benevole communicatis).

Perithecia sparsa, $^1/_5$-$^1/_4$ mm. d., pilis brevibus, acutis obsita; asci 60 ≈ 10-11; sporidia 24-26 ≈ 3-4.

Acanthostigma Scopula (C. et P.) Ell. et Ev. North Am. Pyr. p. 154. *Sphaeria Scopula* C. et P. in Grev. XV, pag. 82 et Rep. 32 pag. 51. *Lasiosphaeria Scopula* Sacc. Suppl. I, Syll. pag. 852.

Hab. in ligno nudo « New York, New Yersey et Am. bor. » (**Tab. CI, fig. I.** — Ex spec. orig. a cl. Cooke benev. comm.).

Perithecia distincte setosa, $^1/_4$ mm. d.; asci 90-100 ≈ 10-14; sporidia 42-46 4-5; setae 55-65 ≈ 5, atrae. A diagnosi Cookeana valde recedens. An duae species?

Acanthostigma minutum (Fuck.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 209. Winter Die Pilze II. p. 202. *Lasiosphaeria minuta* Fuck. Symb. Myc. p. 148. *Lasiosphaeria scleracantha* Sacc. Mich. I, p. 46. Fungi it. t. 560. *Acantost. sclerac.* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 205.

Hab. in ligno putri quercino *et* fagineo *in* « Helvetia *et* Ital. bor. ». (**Tab. CI, fig. 2.** — Ex specim. orig. *Acanth. sclerac.* a cl. Sacc. benevole comm.).

Perithecia sparsa, minuta, 120-130 μ. diam., setis rigidis dense tecta; asci 110-120 ≈ 14-16; sporidia 50-56 ≈ 5-7, dein 7-9 septata.

Post emendationes Winterianas ad diagnosim *Acant. minuti* ex examine specimin. original. excerptas, nullum adest discrimen inter speciem hanc et *Acanth. sclerac.* (Cfr. Winter l. c. et Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 162).

Acanth. minutum (Fuck.) Sacc. Suppl. Syll. Pars I, p. 855, certe ad hanc speciem non spectat.

Acantostigma minutum var. **brachysporum** Sacc. Syll. Pyr. II, p. 209. *Lasiosphaeria minuta* Sacc. Fungi Ven. Ser. II, n. 327, Fungi It. tab. 217.

Hab. in ramis quercinis *praecipue inter rimas corticis in sylva* « Montello It. bor. » (**Tab. CI, fig. 3**. — Ex spec. orig. a cl. Sacc. benev. comm.).

Perithecia subsparsa, 120 μ. diam., setis brevibus rigidis tecta; asci 60-70 ≈ 12-16; sporidia 25-32 ≈ 4-4 $\frac{1}{2}$, hyalina.

A typo differt sporidiis minoribus. Sec. cl. Winter in typo sporidia 47-52 ≈ 8-9 metiuntur. (Cfr. Winter Pilze II, p. 203).

Acanthostigma perpusillum De Not. Sfer. it. p. 85, tab. 94. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 207. *Acanthostigma decastylum* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 210 Ell. et Ev. North Am. Pyren. p. 155, Tab. 19, fig. 1-4 *Sphaeria decastyla* Cooke in Grev. VII, p. 52. *Lasiosphaeria subvelutina* Ell. et Ev. in Journ. Myc. III, p. 117, Sacc. Suppl. Syll. Pars I, p. 851. *Sphaeria cariosa* C. et E. in Grev. VI, p. 94, tab. 100, fig. 28. *Zignoella cariosa* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 215.

Hab. in ligno putri in « Lombardia Italiae borealis *et in* America boreali » (**Tab. CI, fig. 4.** — Ex specim. orig. *Acanth. decastyli* a cl. Cooke benevole communicatis).

Perithecia subgregaria, parce setola, $\frac{1}{4}$-$\frac{1}{5}$ mm. d.; asci 65-75 ≈ 10 12 (non 150 μ. longi ut in Ell. et Ev. l. c.); sporidia 22–25 ≈ 4-5.

Acanthostigma revocatum Sacc. Syll. Pyr. II, p. 208. *Lasiosphaeria perpusilla* Sacc. F. Ven. Ser. II, p. 327, Fungi it. tab. 141.

Hab. in ligno decorticato, subputri Salicis vitellinae « Selva, Treviso, Ital. bor. » (**Tab. CII, fig I.** — Ex specim. orig. a cl. Sacc. benev. comm.).

Perithecia subgregaria, minuta, 100-120 μ. diam., setulis brevibus, 20-30 ≈ 4-5, atris, superne densiuscule praedita; asci 40-50 ≈ 12-14; sporidia 22-26 ≈ 3-3 $\frac{1}{2}$.

Acanthostigma pygmaeum (S. et S.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 208. *Lasiosphaeria pygmaea* Sacc. et Speg. Mich. I, p. 406, Fungi it. tab. 389.

Hab. in culmis putrescentibus Tritici « Conegliano It. bor. » (**Tab. CII, fig. 2.** — Specimina originalia jam exoleta inveni, et adumbrationem excerpsi ex delineatione in Herb. Sacc. speciminibus original. allata).

Perithecia laxe gregaria, $^1/_{12}$-$^1/_{10}$ mm. d., setulis obtusiusculis, 50-70 ≈ 5-6 laxiuscule vestita; asci 80-85 ≈ 15-16; sporidia 50-60 ≈ 4-4 $^1/_2$

An potius *Ophiobolus* ?

Species non visae vel e genere amovendae.

Acanthostigma Sequojae, (Plowr.) Sacc. Non vidi. A. pulchrisetum (Peck.) Sacc. id. A. erysiphoides (Rehm) Sacc. id. A. gracile (Niessl) Sacc. ad *Ophiobolum* potius pertinet. A. Berenice (B. et C.) Sacc. Specim. orig. sterilia inveni sed certe ut mihi videtur non ad genus hoc pertinent. A. helminthosporum (Rehm) Sacc. Sec. specim. orig. est genus novum (*Ophiotrichia* Berl.) nam sporidiis filiformibus gaudet. A. imperspicuum Speg. non vidi A. punctiforme Bomm. Sacc. et Rouss. id. A. Saccardioides (E. et M.) Sacc. id. A. nivale (Str.) Sacc. id. A parasiticum (Hart.) Sacc. id. A. Hederae Pat. id. A. guaraniticum Speg. In hypothallo speciminum originalium inveni *Perisporium* sporidiis fusoideis, 23–24 ≈ 6, triseptatis, hyalinis. A. longisetum Karst. In specim. orig. nihil inveni nisi *Vermiculariam* quamdam, et *Leptosph. conoideam*. A. occidentale. In specim. orig. tantum inveni *Chaetomellam perforatam*. (In foliis *Cirsii discoloris*).

ENCHNOSPHAERIA Fuck. Symb. Myc. p. 147. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 205.

Perithecia superficialia, carbonacea, subinde bysso atrâ, densâ insidentia. Asci cylindraceo clavati, octospori. Sporidia fusiformia, 2-pluriseptata.

Enchnosphaeria Pinetorum Fuck. Symb. Myc. 147, t. IV, fig. 2. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 205. Rehm Ascom. n. 90. Brun. Contr. Fl. Myc. Ouest, p. 187. *Herpotrichia Pinet.* Winter Pilze II, p. 194. et 208. *Bertia querceti* Rehm Ascom. n. 43, Sacc. Syll. Pyr. I, p. 583. *Lasiosphaeria scabra* Auersw. in Fungi Eur. n. 1245, Sacc. Syll. l. c. p, 202. *Enchn. santonensis* Sacc. Mich. II, p. 66, Syll. Pyr. II, l. c. Brun. l. c. p. 188. *E. passicrinis* Sacc. Syll. l. c. p. 206.

Hab. in foliis, ramis et ligno putridis in « Germania *et* Gallia » (**Tab. CII, fig. 3** — Ex specim. germanicis in Herb. Sacc.).

Perithecia gregaria, dein superficialia, $^1/_2$ et amplius mm. d., rugosa, ostiolo vix conspicuo, basi setosula; asci 120-130 ≈ 12-15; sporidia 35–40 ≈ 5, hyalina. An fungus immaturus ?

Verisimiliter fungus hic magis evolutus, sporidiis coloratis et 5-septatis gaudebit. In speciminibus nonnullis, et in iis *E. passicrinis* quoque huic adscribenda, in Belgio a cl. Mouton lectis (Cfr. Herb. Sacc.), sporidia nonnulla luteo-fusca hic inde notavimus, sed pro senescentibus, ad interim, habuimus.

Enchnosphaeria nigra (Hartig) Berl. *Herpotrichia nigra* Hart., Hedw. 1888, p. 13. Bot. Centr. 1888, III, p. 187, Sacc. Suppl. tot. Syll. Pars I, p. 858. Rehm Ascom. n. 996. *Enchnosphaeria pinetorum* Sacc. Mich. II, p. 596, Syll.

Pyr. II, p. 205, p. p. Thuem. Myc. Un. n. 2255, *Herpotrichia mucilaginosa* Starb. et Grev. Bidr. Ascom. p. 8, t. I, fig. 5. Sacc. Suppl. Syll. I, p. 858. *Herpotrichia macrotricha* Sacc. l. c. p. 213, *Sphaeria macrotricha* B. et Br. Brit. Fungi n. 619, t. 9, fig. 2.?

Hab. in foliis Abietis excelsae, Juniperi communis J. nanae *in* « Germania, Norvegia *et* Gallia » (**Tab. CIII, fig. 1.** — Ex specim. orig. in Rehm Asc. l. c.).

Perithecia subiculo atro-brunneo (*Rhacodium Therryanum*), denso cincta, $\frac{1}{3}$ mm. d.; asci 90-105 ≈ 12-14; sporidia 28-30 ≈ 6-7 $\frac{1}{2}$. Si species haec cum *Enchn. pinetor.* congruat, mihi dubium, sed videtur valde aliena, Cl. Winter specimina originalia *Ench. pinet.* investigavit, et ad hanc speciem retulit *Bertiam querceti* Rehm, sed de speciminibus *Ench. pinet.* a cl. Thuemen editis (M. Un. l. c.) et ad *Enchn. nigram* haud dubio pertinentibus, quod non germanicis, nullam fecit mentionem, et scopulum hoc modo prudenter vitavit.

Enchnosphaeria ? spinulosa Speg. F. Puigg. n. 278. Sacc. Suppl. Syll. Pars I, p. 853.

Hab. ad folia viva Sapindaceae *cujusdam in dumetis prope* « Aphiahy Brasiliae » (**Tab. XCVII, fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Hariot benevole comm.).

Perithecia epipylla, sparsa, crusta grisea, lichenoidea insidentia, sursum setis crassis, paucis ornata; asci 70-80 ≈ 10-12; sporidia 32-36 ≈ 5. Aptius *Lichen.* Contextus perithecii radiato-cellulosus ut in *Microthyriaceis.*

Species non examinatae vel e genere amovendae

Enchnosph. Coulteri (Peck.) Sacc. Non vidi. Enchn. parietalis (B. et C.) Sacc. In specim. orig. perithecia bysso densâ cincta et sporidia distincte bilocularia, fuligineo-olivacea, genus novum (*Didymotrichia* Berl.) designant ad quod etiam *Herpotrichia rhodostoma* et *H. rhodosticta* pertinent.

HERPOTRICHIA Fuck. Symb. Myc. p. 146. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 211. Winter Pilze II, p. 206. Ell. et Ev. N. Am. Pyr. p. 157.

Perithecia carbonacea, globosa, undique pilis crispulis et repentibus obsita, typice vertice applanata, subglabra, discoloria, ostiolo minutissimo. Asci octospori. Sporidia pluriseptata.

Herpotrichia chaetomioides Karst. in Hedw. 1888, Sacc. Suppl. Syll. Pars I, pag. 859.

Hab. in caulibus aridis Epilobii angustifolii *prope* « Mustiala Fenniae » (**Tab. CIII, fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Karsten et a cl. Hariot benevole communicatis).

Perithecia subgregaria, superficialia, $\frac{1}{3}$ mm. d., setis longis, sinuosis, fuligineis dense obsita; asci 75-85 ≈ 8; sporidia 24 27 ≈ 3-4.

Sistit etiam *Chaetomella* sp. An status pycnidicus *Herpotrichiae?*

Herpotrichia Schiedermayeriana Fuck. Symb. Myc. App. II, p. 27, Sacc. Fungi It. t. 143, Mycoth. Ven. 161. Winter Die Pilze II, p. 207.

Hab. in truncis ramisque putrescentibus Sambuci nigrae *prope* « Kirchdorf *in* Austria superiori *et in* « Sylva Montello It. bor. » (**Tab. CIV, fig. I.** — Ex specim. italicis a cl. Saccardo benevole communic.).

Perithecia gregaria, inferiori parte pilis ramosis, longis, repentibus dense obsita; asci 100-110 ⩯ 12-14; sporidia 32-35 ⩯ 6.

Herpotrichia rhenana Fuck. Symb. Myc. p. 146, tab. III, fig, 7, Fungi rhen. 952. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 212. Winter Pilze II, p. 207. Ell. et Ev. N. Am. Pyr. p. 157.

Hab. in stramine putrescente prope « Aepfelbach Germaniae » (**Tab. CIV, fig. 2.** — Ex specim. orig. in Fuck. l, c. a cl. Briosi benevole comm.).

Perithecia sparsa vel gregaria, primo tecta dein libera, $^1/_3$ et fere $^1/_2$ mm. d., pilis longissimis, sinuosis, fuligineis, ramosis, dense tecta; asci 110-120 ⩯ 12-14, cylindracei; sporidia 24-28 ⩯ 5 6, monosticha, (saltem in specim. visis) primo hyalina biconoidea, dein luteo-brunnea, quadrilocularia.

Herpotrichia xestothele (B. et C.) Berl. *Sphaeria xestothele* B. et C. North Am. Fungi n. 896. *Lasiosphaeria xestothele* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 194. Ell. et Ev. N. Am. Pyr. p. 146.

Hab. in ramis Corni floridae *in* « Carolina inf. Am. bor. » (**Tab. CV, fig I.** — Ex spec. orig. a cl. Cooke benev. comm.).

Perithecia gregaria, $^1/_2$ mm. d., sursum areola nuda, caeterum rufo-hirsuta; asci 95-110 ⩯ 12-14; sporidia 18-24 ⩯ 5-6, fuscidula.

Herpotrichia heterostoma (Karst.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 213, Karst. Rev. Asc. Fenn. p. 50. *Lasiosphaeria heterostoma* Karst. Myc. Fenn. II, p. 102.

Hab. ad lignum vetustum Pini *in paroecia* « Tammela Fenniae » (**Tab. CV, fig 2.** — Ex spec. orig. a cl. Karsten benevole comm.).

Perithecia aggregata, majuscula, $^1/_2$ mm. d., pilis longitudine variis, acutis, rigidis obsita, apice tuberculo carneo praedita; asci 90-100 ⩯ 9-12; sporidia 30-34 ⩯ 4 6, luteo fusca.

Sporidiorum forma, subiculo etc. est genuina *Lasiosphaeria*, sed tuberculus carnosus ad *Herpotrichiam* ducit. Inter genera haec, species certe ambigua.

Species non examinatae, dubiae vel e genere amovendae.

Herpotr. Rubi Fuck. Specim. orig. immatura inveni. An eadem ac. Herp. rhenana? H. rhodomphala (Berk.) Sacc. et H. rhodosticta sunt novi generis (*Didymotrichia* Berl.) typus. H. rhodospila (B. et C.) Sacc. Non vidi Herpotr. macrotricha (B. et Br.) Sacc. ut

videtur ad *Enchnosph. nigram* pertinet. H. nigra Hartig est *Enchnosph.* H. callimorpha (Auersw. Winter non vidi H. ferox W. id. H. albidostoma (Peck) Sacc. id. H. mucilaginosa St. et Grev. est *Enchnosph. nigra* H. Molleriana Wint. Non vidi H. calospora W. id. H. antarctica Speg. id. H. antarctica (Speg.) Sacc. Suppl, Syll. P. I, p. 859. n. 3498 (non n. 2496). id. In opella spegazziniana species haec sub genere *Melomastia* militat et nullum (ut mihi videtur e diagnosi) praebet charactherem *Herpotrichiae*. Si ad hoc genus adscribenda certe nomen specificum mutandum erit, nam adest genuina *Herpotrich. antarctica* Speg. F. Fueg. n. 233.

LASIOSPHAERIA Ces. et De Not. Schema Sfer. It p. 55. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 191. Winter Pilze II, p 210 Karsten Rev. atque Syn. Pyren. Fenn. p. 50.

Perithecia superficialia vel matrici basi insculpta, plus minus villosula, hirta, strigosave, subiculo fibroso quandoque insidentia, ostiolo papillato, interdum obsoleto. Asci fusoideo clavati. Sporidia typice cylindracea, basi curvata, quandoque continua sed saepius pluriseptata, hyalina, rarius colorata. Species plerumque lignicolae, rarius corticolae. Genus typos varios complectens.

Lasiosphaeria sorbina (Nyl.) Karst. Myc. Fenn. II. p. 164, Rev. atque Syn. Ascom. Fenn. p. 51 (ut var. *L. sperm.*) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 199. *Sphaeria sorbina* Nyl. in Flora 1862, p. 322.

Hab. ad ramos Sorbi aucupariae *prope* « Helsingfors Fenniae » *sub epidermide et circa stroma* Valsae Sorbi *diffusa*. (**Tab. CVI, fig. I.** — Ex specim. orig. a cl. Hariot, Musaei Parisiensis, benevole comm.).

Perithecia gregaria, $1/2$ mm. d., peridermate secesso, superficialia, basi tantum pilis radiantibus, pallidis cincta; asci 120-140 ≈ 12-16; sporidia 32-34 ≈ 6-8.

Lasiosphaeria sorbina var. **radiata** (Fuck.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 200 (ut spec.). *Leptospora radiata* Fuck Symb. Myc. p. 143, Rehm Ascom n. 191. Winter Pilze II, p. 218. Sacc. Syll. Pyr. II., p. 200.

Hab. in ramis humifuscis, decorticatis, putridis Carpini *in* « Germania » (**Tab. CVI fig. 2.** — Ex specim. Rehm.).

Perithecia gregaria, $1/2$ mm. d. basi vix pilosa, sursum pulverulentia; asci 110-120 ≈ 12-15 subsessiles; sporidia 32-36 ≈ 7-8. Peritheciis fere glabris et sporidiis fere allantoideis a genuinis *Lasiospheriis* differt. Sporidiorum forma a *L. spermoide* non nimis recedens. A typo differt tantum peritheciis numquam tectis.

Lasiosphaeria solaris (C. et E.) Sacc. Syll. Pyr. II. p. 202. *Sphaeria solaris* C. et E. in Grev. V, p. 53, tab. 81, fig. 9.

Hab. in ligno pineo « New Jersey Am. bor. » (**Tab. CVII, fig. I.** — Ex specim. orig. a cl. Cooke benevole comm.).

Perithecia subsparsa, $1/3$ et fere $1/2$ mm. d., verrucosa; asci 85-95 ≈ 14-16; sporidia 18-22 ≈ 5-6; conidia 12-14 ≈ 5 6.

Lasiosphaeria strigosa (Alb. et Schw.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 201. Ell. et Ev.

N. Am. Pyr. p. 149 Bomm. et Rouss. Fl. p. 194. *Sphaeria strigosa* Alb. et Schw. Consp. p. 37, tab. V, fig. 7. *Leptospora strigosa* Fuck. Symb. p. 144. Fungi rhen. n. 948. Winter Pilze II, p. 216.

Hab. in ligno Carpini *et* Pinorum *in* « Germania, Suecia, Belgio, Italia, Britannia *et* Am. bor. » (**Tab CVII, fig. 2.** — Ex specim. in Fuck. l. c. a. cl. Prof. Briosi benevole comm.).

Perithecia gregaria, setis Sematiaceis, luteo-fuscis tecta, sursum calva, 1/2 mm. d.; asci 105–115 ≈ 12-15; sporidia 32-36 ≈ 5–6, hyalina.

L. strigosa var. canescens (Pers.). Karst. Myc. Fenn II, p. 162 Rev. Mon. Asc. Fenn. p. 50 (ut species) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 193 Ell. et Ev. N. Am. Pyr. p. 148, (ut spec.) *Sphaeria canescens* Pers. Syn. Fung. p. 72. Fr. Syst. Myc. II, p. 448. Curr. Trans Linn. Soc. vol, XXII, p. 315 t. LVII. fig. 14

Hab. in ligno vetusto Quercus, Fagi Pini, Platani *etc. in* « Suecia, Britannia, Fennia, Gallia, Germania, California, Carolina » (**Tab. CVII, fig. 3.** — Ex specim. Notarisianis a cl. Pirotta benevole comm.).

Perithecia gregaria, setis luteo-fuscescentibus dense tecta, sursum calva, 1/3-1/2 mm. d.; asci 120-130 ≈ 10-12; sporidia 26-28 ≈ 5-7. Forma macrospora in Fennia lecta ad typum pertinet. Varietas haec a typo differt tantum sporidiis paulo minoribus.

Lasiosphaeria spermoides (Hoffm.) Ces. et De Not. Schem. p. 55. Sacc. Syll. Pyr. II. p. 199. Ell. et Ev. N. Am. Pyr. p. 148. Brun. Contr. Fl. Myc. Ouest. Pyr. p. 186 Bomm. et Rouss. Flor. p. 194. *Sphaeria spermoid.* Hoffm. Veg. Cr. II, p. 12. Tab. III, fig. 3. *Hypoxylon miliaceum* Bull. Champ. t. 444 fig. 3. *Sphaeria globularis* Bat. El. Cat. fig. 180. *Sphæria granum* Fl. dan. Tab. 13, fig. 1 *Leptospora sperm.* Fuck. Symb. p. 143. Wint. Pilze II, p. 215,

Hab. in truncis et lignis putrescentibus in fere tota « Europa » *et* « Am. bor. » (**Tab. CVIII, fig. I.** — Ex spec. in Rehm Asc. n. 587, cum aliis multis e regionibus variis minutim comp.) (1).

Perithecia stipata, basi parum villosa, 1/3 mm. denique apice fissurata, ostiolo carentia; d., asci 140-160 ≈ 8-10; sporidia 18-22 ≈ 4. Subiculum adest villosum, laxe byssoideum.

Lasiosphaeria stannea (Fr.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 199. *Sphaeria spermoides b. stannea* Fries Elench. II, p. 93.

Hab. ad ligna durissima prostrata, Quercus *et* Fagi *in* « Suecia » (**Tab. CVIII, fig. 2.** — Ex specim. orig. e collectione beati Desmaz. in Musaeo Parisiensi servata et a cl. Hariot. benevole comm.).

Perithecia dense conferta, primo obtuto pro *Didymio* aut *Physaro* sessilibus habenda, ostiolo minuto, colore stanni ob pruinulam tenaciter adhaerentem, 1/2

(1) Specimina originalia, quae in collectione Musaei Parisiensis servantur, et quae mihi benevole misit cl. Hariot, quoque observavi.

mm. d., duriuscula, fragilia; asci 90-100 ≈ 7-8; sporidia 14-16 ≈ 5-6. Speciem hanc frustra in Winter (Die Pilze) invenire conatus sum, neque inter dubias.

Lasiosphaeria sublanosa (Cooke) Berl. *Sphaeria sublanosa* Cooke Grev. VII, p. 41. *Metasph. sublanosa* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 165.

Hab. in ramulis vetustis Andromedae « New, Jersey Am. bor. (**Tab. CIX, fig. I.** — Ex spec. orig. a cl. Cooke benevole comm.).

Perithecia gregaria, globoso-conoidea, rugosa, setis repentibus, sinuosis, parcis cincta, $^1/_3$ mm. d.; asci 100-110 ≈ 15-17; sporidia 30 34 ≈ 6, tri-pluriguttata, hyalina.

Lasiosphaeria Pseudo-Bombarda (Mont.) Berl. Ic. Fung. fasc. I, p. 38. *Trematosph. Pseud. Bomb.* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 121. *Sphaeria Ps. Bomb.* Mont. Syll. Crypt. n. 759, et Cent. II, n. 54, Ann. Sc. Nat. Bot. 2 XIV, p. 323, t. 19, fig. 5.

Hab. ad corticem arborum in silvis « Cayenna » (**Tab. CIX fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Pirotta benevole commun.).

Perithecia caespitosa, stromate nigro crassiusculo inserta, divergentia, $^1/_3$ mm. d; asci 125 130 ≈ 25-30 (pars sporif.); sporidia 50-55 ≈ 10-12, semper (saltem in speciminibus examinatis) hyalina et continua. An senescendo pluriseptata, olivaceo-fuliginea?

Lasiosphaeria stuppea Ell. et Ev. in Bull. Vash. Coll. 3, p. 4. North Am. Pyren. p. 150, tab. 19, fig. 5-9. Sacc. Suppl. Tot. Syll. Pars. I, p. 850.

Hab. in ramis emortuis Tsugae Pattonianae *in* « Monte Paddo, Washington Am. bor. » (**Tab. CXIX, fig. 2.** — Ex Ell. et Ev. l. c.).

Perithecia gregaria, circiter 1. mm. d., ostiolo crasse 4-gibboso, asci 170-200 ≈ 18-20 (parte sporifera 120-150 μ. longa) sporidia 34-38 ≈ 8-11.

Lasiosphaeria breviseta Karst. in Hedw. 1884, p. 57. Sacc. Suppl. Tot. Syll. Pars I, p, 849.

Hab. in ligno vetusto Padi? *in* « Mustiala Fenniae » (**Tab. CIX, fig. 3.** — E specim. orig. a cl. Karsten benevole comm.).

Perithecia gregaria vel aggregata, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. diam., parce breviterque setosa; asci 80-90 ≈ 12-15; sporidia 28-34 ≈ 3,5-4, hyalina, in caudam abrupte attenuata.

Lasiosphaeria caudata (Fuck.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 200. *Leptospora caudata* Fuck. Symb. p. 144 tab. III, fig. a. b. Winter Pilze II, p, 217.

Hab. in ligno Betulae *et* Pinorum *in* « Germania *et* Helvetia » (**Tab. CX fig, I.** — Ex specim a cl. Morthier lectis et a spect. Direct. Musaei Berolinensis benevole comm.).

Perithecia sparsa vel gregaria, $^1/_2$ mm. d., pilis brevibus laxe obsita; asci 100-110 ≈ 10-12, (p. sporif.); sporidia 32-35 ≈ 4-5, pallidissime lutescentia.

In specim. examin. inveni semper sporidia fere hyalina.

Lasiosphaeria vilis Karst. et Har. in Rev. Myc, 1870, n. 47 Sacc. Suppl. Syll. Pars. I, p. 852.

Hab. ad squamas conorum Pini silvestris « Mery sur Seine, Aube Galliae » (**Tab. CIX fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Hariot benevole comm.).

Perithecia sparsa, $1/3$ mm. d., longiuscule setigera, bysso carentia; asci 125-140 ≈ 12-15; sporidia 48-50 ≈ 4-5. Species haud rite evoluta, matura verisimiliter sporidiis majoribus gaudens et tum *L. crinitae* propinquior.

Lasiosphaeria crinita (Pers.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 201. *Sphaeria crinita* Pers. Syn. p. 72. *Leptospora crinita* Fuck. Symb. myc. p. 144, Winter Pilze II, p. 218. *L. Romeana* Sacc. et Berl. Misc. Myc. II, p. 20, tab. X, fig. 19. Suppl. Syll. P. I, p. 850.

Hab. ad ligna mollissima Fagi Coryli *etc. in* « Suecia, Germania, Italia, Gallia, *et* Belgio » (**Tab. CXI fig. I.** – Ex specim in Libert F. Ard. n. 70 cum iis origin. *L. Romeanae* minutim comp.).

Perithecia subsparsa, $1/3$-$1/2$ mm. d., longe piligera, globoso-conoidea; asci 160-170 ≈ 16-18; sporidia 55-65 ≈ 4-5, hyalina, continua. A *L. hispida* et *L. Rhacodium* differt sporidiis continuis, a *L. ovina* peritheciis atro-villosis. Varietatis *arenationis* specimina originalia examinavi et potius ad *L. hispidam* adscribenda mihi videntur.

Lasiosphaeria crinita var. **crustacea** Karst. Symb. ad Myc. Fenn. XXVI, p. 28, Sacc. Suppl. Syll. P. I, p. 851 (ut species).

Hab. ad lignum putrescens Betulae *in paroecia* « Tyrvis Fennia » (**Tab. CXI fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Karsten benevole comm.).

Perithecia $1/3$- $1/2$ mm. d.; gregaria, in crustam fere connexa, rugosa, bysso dematiaceâ, nigrâ inserta, parce piligera; asci 160-170 ≈ 12-16; sporidia 55-60 ≈ 4-6, hyalina.

A typo differt peritheciis gregariis profundius rugosis.

Lasiosphaeria ovina (Pers.) Ces. et De Not. Schema sfer. p. 229 Sacc. Syll. Pyr. II, p. 199 .F. it. tab. 559. Ell. et Ev. N. Am. Pyr. p. 150. Brun. Contr. Fl. Myc. Ouest. Pyr. p. 187, Bomm. et Rouss. Fl. p. 194. *Sphaeria ovina* Pers. Syn. p. 41 *Sphaeria mucida a. β.* Tode Fungi Meckl. II, p. 16. *Sphaeria lichenoides* Sow. Engl. Fungi t. 373, fig. 12. *Leptospora ovina* Fuck. Symb. Myc. p. 143, Winter Pilze II, p. 215.

Hab. in lignis putrescentibus in fere tota « Europa, Amer. bor. *et* Australia » (**Tab. CXII, fig. I.** — Ex specim. italicis in Herb. Sacc.).

Perithecia subsparsa, vel gregaria, $1/5$-$1/2$ mm. d.; asci 150-170 ≈ 12-16; sporidia 38-44 ≈ 4-5, hyalina.

Lasiosphaeria ovina f. **Libertiana** Speg. et Roum. Rev. Myc. II, p. 22 et Fungi Sel. Gall. exsicc. n. 672 (ut sp.) *Sphaeria* spec. Lib. in Herb. cum icone.

Hab. ad culmos putridos Phalaridis arundinaceae *prope* « Malmedy Borus-

rhen». (**Tab. CXII, fig. 2.** — Ex specim. orig. a beat. Roum. l. c. editis et in Herb. Sacc. contempt.).

Perithecia sparsa, $^1/_2$ mm. d.; asci 180-200 ≈ 12-15; sporidia 52-56 ≈ 4-5, hyalina et continua (nec apice incrassata, saltem in spec. viso.).

Lasiosphaeria sulphurella Sacc. Mich. I, p. 440, Fungi It. tab. 438, Syll. Pyr. II, p. 202.

Hab. in trunco decorticato Robiniae «Padova It. bor.» (**Tab. CXIII, fig. I.** — Ex specim. orig. a cl. Sacc. benevole communic.).

Perithecia gregaria, $^1/_2$-$^2/_3$ mm. d., bysso sulphureâ vestita, ostiolo nudo, nigro; asci 170-180 ≈ 15-18; sporidia 56-60 ≈ 4-6, hyalina.

Valde affinis *L. Libertianae.* Verisimiliter etiam species haec ut forma vel lusus *L. ovinae* habenda.

Lasiosphaeria helicoma (Pl. et Ph.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 192. *Sphaeria helicona* P. et P. in Grev. VI, p. 26, tav. 94, fig. 9 et Plowr. Fungi Brit. exsicc. n. 53.

Hab. ad terram in scobe et frustulis ligneis «Brandon Britanniae» (**Tab. CXIII, fig. 2.** — Ex specim. orig. in Plowr. Fungi Brit. exsicc. n. 53 in Herb. Sacc.).

Perithecia subsparsa, minuta, $^1/_5$ mm. d.; asci 150-160 ≈ 19-20; sporidia 65-70 ≈ 5-6. Conidia helicoidea 30-33 μ. diam.

Lasiosphaeria hispida (Tode) Fuck. Symb. Myc. p. 147 t. III, fig. 31 Sacc. F. it. tab. 558, Syll. Pyr. II, p. 194. Winter Die Pilze II, p. 211. Ell. et Ev. N. Am. Pyr. p. 145. Brun. Fl. Myc. Ovest. Pyr. p. 186. Bomm. et Rouss. Flor. p. 194. *Sphaeria hispida* Tode Mekl. 2, p. 17. *Lasiosph. capensis* K. et C. Grev. 1880, p. 28, tab. 137, fig. 27. Sacc Syll. l. c. p. 195.

Hab. in truncis putridis in «Germania, Suecia, Belgio, Italia Gallia, *et* Am.» (**Tab. CXIV, fig. I.** — Ex specim. Therryanis in Thuem. M. Un. 1745. cum iis orig. *L. capensis* minutim comp.).

Perithecia dense gregaria, $^1/_2$ mm. d.; asci 160-170 ≈ 16-18; sporidia 65-75 ≈ 6-8, fusco umbrina (diu hyalina). Conidia non vidi. Perithecia sunt pilis longis, mollibus cincta, non brevibus raris ut in nonnullis locis expositur.

Lasiosphaeria crinita var. *arenationis* (*Sphaeria crin.* var. *aren.* Desm. in Fr. El. Fung. II, p. 92) secundum specimina originalia a cl. Hariot benevole missa, potius huic spectat, et vix varietas est habenda. Perithecia sunt pilis longis, sinuosis, fuligineis obsessa; asci et sporidia quoque ut in *Las. hispida*, hoc est, asci 160-170 ≈ 16-18; sporidia 65-75 ≈ 6-8, fusco-umbrina, 6-8 septata.

Lasiosphaeria Rhacodium (Pers.) Ces. et De Not. Sch. sfer. p. 225, Sacc. Syll. Pyr. II, p. 195. Winter Die Pilze II, p. 211. Ell. et Ev. N. Am. Pyr. p. 144. *Sphaeria Rhacod.* Pers. Syn. Fung. p. 74, Fries Syst. myc. II, p. 449, Curr. in Trans. Linn. Soc. XXII, p. 315, t. LVII, fig. 15.

Hab. in ligno putri in fere tota «Europa, Carolina *et* Argentina» (**Tab.

CXIV, fig. 2. — Ex spec. romanis in Herb. Sacc. cum multis e variis regionibus comparatis).

Perithecia dense acervata vix setigera, bysso densâ tecta, $1/2$ mm. d.; asci 160-175 ≈ 14-17; sporidia 55-60 ≈ 4-6, senescendo fuscidula. A *L. hispida* tantum differt sporidiis etiam maturitate hyalinis; an satis?

Lasiosphaeria Rhacodium var. **hirsuta** (Fries) Ces. et De Not. Schema Sfer. it. p. 55. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 191. Winter Die Pilze II, p. 210 Ell. et Ev. N. Am. Pyr. p. 144. Bomm. et Rouss. Florule, p. 194, (omnes ut species) *Sphaeria hirsuta* Fr. Syst. M. II, p. 449.

Hab. in ligno putri in fere tota « Europa *et* America boreali » (**Tab. CXV fig. I.** — Ex specim. italicis in Herb. Sacc.).

Perithecia gregaria, $1/2$-$3/4$ mm. d.; asci 150-160 ≈ 12-15; sporidia 55-65 ≈ 6-7. A typo vix differt peritheciis setis rigidis ornatis, pro subiculo denso tomentoso in typo præsente.

Lasiosphaeria immersa Karst. Myc. Fenn. II, p. 163, Rev. Mon. Asc. Fenn. p. 51 Sacc. Syll. II, p. 203.

Hab. in ligno mucido mollissimo Betulae « Mustiala Fenniae » (**Tab. CXV fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Karsten benevole comm.).

Perithecia gregaria vel subsparsa, ligno semimmersa, $1/2$ mm. d.; ostiolo crasso fere lophiostomaceo praedita, glabra; asci 165-175 ≈ 16-18; sporidia 55-60 ≈ 5-6, (sine appendic.) primo continua, hyalina, dein plasmate 7-9 partito, pallide viriscenti-flaveola.

Lasiosphaeria actinodes (B. et C.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 198. *Sphaeria actinodes* B. et C. Cub. Fungi n. 844. Wright Fungi Cub. n. 844.

Hab. in Hypoxylo *quodam orbiculari parasitica* « Cuba » (**Tab. CXVI, fig. I.** — Ex specim. orig. a cl Cooke benevole comm. cum Wrightianis l. c. comparatis).

Perithecia globoso-ovoidea, $1/4$ mm. d., dense piligera; asci jam resorpti; sporidia 65-70 ≈ 5-6, hyalino-fuscidula, senescentia.

Lasiosphaeria? muscicola De Not. MS. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 196.

Hab. in caulibus foliisque emortuis Muscorum (Brachythecii) *in* « Alpe Zebrú It. bor. » (**Tab. CXVI fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Pirotta benevole comm.).

Perithecia sparsa, $1/2$ mm. d., pube dematiacêa, fuliginêa tecta; asci... non visi; sporidia 38-40 ≈ 6-7, luteo-rufis. Si inter genuinas *Lasiosphaerias* adscribenda sit, mihi valde dubium, nam alios non vidi.

Lasiosphaeria Caput-Medusae (Sacc. et Sp.) Berl. *Enchnosphaeria Caput-Medusae* Sacc. et Speg. Mich. I, p. 405, Fungi it. tab. 395, Syll. Pyr. II, p. 206.

Hab. in ramulis putrescentibus Catalpae syringifoliae « Conegliano It. bor. ». (**Tab. CXVI, fig. 3.** — Ex specim. orig. a cl. Sacc. benevole comm.).

Perithecia sparsa, $^1/_4$ mm. d., setulis divergentibus, rigidis undique tecta; asci 80-90 ≈ 7-8; sporidia 18-22 ≈ 3-4.

Verisimiliter fungus immaturus.

Lasiosphaeria caesariata (C. et B.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 192. Ell. et Ev. N. Am. Pyr. p. 146. *Sphaeria caesariata* C. et Peck 29 Rep. p. 60.

Hab. in ligno dejecto « Portville Am. bor. » (**Tab. CXVII, fig. 1.** — Ex specim. orig. a cl. Cooke benev. communic.).

Perithecia gregaria, $^1/_3$ mm. d.; asci 120-130 ≈ 12-14; sporidia 30-40 ≈ 6-7, diu pseudo-quinqueseptata, 30-35 μ. longa, dein 7-septata usque 40 μ. longa, pallidissime fuscidula, loculis extimis hyalinis. Vix *Lasiosphaeria*. Perithecia setulis crassis, fuligineis, fere torulosis, brevibus obsita.

Lasiosphaeria hemipsila (B. et C.) Sacc. Syll Pyr. II, p. 108. *Sphaeria hemipsila* B. et C. Fungi of. Ceyl. n. 1098.

Hab. in truncis « Paradeniya, Ceylon ». (**Tab. CXVII, fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Cooke benevole comm.).

Perithecia sparsa, $^1/_4$ mm. d.; asci 150-160 ≈ 16-20; sporidia 48-52 ≈ 6-8, subinde loculo uno vel altero inflatulo (an senescentia?) 5-septata (non 3 ut in B. et C. ll. cc.) loculis extimis, minutis, hyalinis, caeteris rufo-fuligineis.

Lasiosphaeria Pezizula (B. et C.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 195. *Sphaeria Pezizula* B. et C. North Am. Fungi n. 890. Ellis N. Am. Fungi n. 696. *Herpotrichia Peziz.* Ell. et Ev. N. Am. Pyr. p. 160.

Hab. in truncis in « Carolina *et* New Jersey Am. bor. » (**Tab. CXVIII, fig. 1.** — Ex specim. orig. a cl. Cooke benevole comm.).

Perithecia bysso atrâ densâ insidentia, glabra, dein cupulata, $^1/_3$ mm. d.; asci 135-145 ≈ 20-25; sporidia 50-56 ≈ 7-9.

Sphaeria Pezizula in Cooke F. Brit. exsicc. n. 196 (saltem spec. exicc. quae examinavi) longe distat.

Lasiosphaeria Keithii (B. et C.) Berl. *Sphaeria Keithii* B. et Br. Brit. Fungi n. 1626, tab. XI, fig. 8, et in Grev. n. 34. *Herpotrichia Keithii* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 212.

Hab. in chorda putri in Horto botanico « Glasnevin » *prope* « Dublin » (**Tab. CXVIII, fig. 2.** — Ex specim. orig. (?) a cl. Cooke benevole comm.).

Perithecia sparsa, $^1/_2$ mm. d., basi pilis ramosis, longiusculis, parcis cincta; asci 80-90 ≈ 12-14 (p. sporif.); sporidia 30-32 ≈ 5-6, lutea.

Specim. visa non certe in chorda sed potius in stramine evoluta. Inter *Lasiosphaeriam* et *Herpotrichiam* ambigua. Ob sporidia ad hanc, ob perithecia ad illam pertineret.

Lasiosphaeria larvispora Cooke et Mass. in Grev, XIX, p. 83. Sacc. Suppl. I Syll. p. 851.

Hab. in cortice «Macedon Victoria Australiae» (**Tab. CXIX, fig. I.** — Ex spec. orig. a cl. Cooke benevole comm.).

Perithecia laxe gregaria, tomento sulphureo, floccoso-farinoso tecta, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 300-320 ≈ 22-24; sporidia 160-185 ≈ 9-11.

Species perpulchra!

Species non examinatae vel excludendae

Lasiosphaeria Britzelmayri Sacc. Non vidi. Las. subambigua. (Cooke) Sacc. id. Las. viridicoma (C. et P.) Sacc. id. Las. xestothele (B. et C.) Sacc. est *Herpotrichia*. Las. orthotricha (B. et C.) Sacc. est *Helminthosporium* caespitulis hic inde acervulatis, gregariis et perithecia simulantibus, ex hyphis longis indivisis, setiformibus compositis. Lasiosph. ferruginea Fuck. sec. Wint. est *Melanomma* Las. Fuckelii Sacc. non vidi. Las. paucipilis (Cooke) Sacc. Non vidi. Las. mutabilis (Pers.) Fuck. Sec. Wint. est *Herpotr.* Specimina in Rab. F. Eur. n. 631 edita, et a cl. Beccari prope Pisa lecta, non ad genus hoc, nec ad *Herpotrich.* pertinent, potius ad *Zignoell.* sed irnmatura revelantur. Las. Stipae Fabr. Non vidi. Las. acanthigera (B. et Br.) Sacc. Sec. spec. orig. est *Sordaria*, nam peritheciis pilosis et sporidiis fuligineis, ovoideis, in caudam hyalinam productis gaudet. Las. hispidula Sacc est *Acanthostigma*. Las. felina (Fuck.) Sacc. Non vidi Las. erinacea (Cr.) Sacc. id. mihi dubia. Las. Sphagnorum (Cr.) Sacc. id. Las. cirrhostoma (B. et Br.) Sacc. Specim. orig. sterilia inveni. Perithecia sunt collapsa, hirte setigera et ut videtur non speciei huius generis pertinent. Las. Janus (B. et Br.) Sacc. non vidi Las. scabra (Curr.) Auersw. est *Enchnosph. Pinetor.* Las. Montis-Caballi Speg. Non vidi L. calva (Tode) Sacc. non vidi; mihi dubia. Las. biformis (Pers.) Sacc. mihi dubia, Sec. Sacc. est *Enchnosphaer* L. nitrosa (Wallr.) Sacc. mihi valde dubia. L. acinosa (Bat.) Sacc. id. Las. chloronema (B. et Br.) Sacc. Specim. orig. haud rite evoluta. Species, ut mihi videtur, expellenda. Las. tephrotricha (Fr.) Sacc. Mihi valde dubia, verisimiliter expellenda. Las. flavescens (Fr.) Sacc. id. Verisimiliter eadem ac *L. strigosa* Las. depilata (Fr.) Sacc. mihi valde dubia, et potius expellenda. Las. Russelii (B. et C.) Sacc. est *Limerospor. Collinsii*. Lasiosph. papilionacea (B. et C.) Sacc. mihi dubia. Las. trichiacea. Sec. specim. orig. est *Chaetomium* ascis elapsis et sporidiis sphaeroideis, raris, 8 μ. diam., fuligineis. L. elegans Mont. Non vidi L. rhynchospora Mont. id. L. subcaudata Mont. id. L. subvelutina E. et E. est *Acanth. decastylum*. L. annulata Karst. Non vidi. L. intricata (Peck) Sacc. id. L. Sphagni Del. id. L. emergens (Schw.) Cooke id. L. cladosporiosa (Schw.) Cooke et L. setosa (Schw.) Cooke incertae videntur.

BOMBARDIA Fr. Summa Veg. Scand. p. 389 (in nota) Sacc. Syll. Pyr. Vol. I, p. 277. Winter Pilze II, p. 235. Bomm. et Rouss. Florule p. 203. Ellis et Ev. North Am. Pyren. p. 176.

Perithecia superficialia, plus minusve verticaliter elongata, superficialia, maiuscula. Asci octospori. Sporidia diu vermicularia, hyalina, tandem ovoidea,

fusca inferne in caudam cylindricam, hyalinam, basi saepe ad instar sporidiorum *Lasiosphaeriarum* curvatam desinentia. Ob sporidiorum forma cum nonnullis *Roselliniis* uno latere et *Lasiosphaeriis* alio latere congruit.

Bombardia bertioides Cer. (Cfr. Sacc. Syll. l. c. p 278) vix est huius generis.

Bombardia ambigua (Sacc.) Wint. Pilze II, p. 236. *Lasiosphaeria ambigua* Sacc. Mich. I, p. 46 F. it. t. 218, Syll. Pyr. II, p. 197.

Hab. in ligno quercino in sylva « Montello » *et in ligno fagineo in sylva* « Cansiglio Ital. bor. » (**Tab. CXX, fig. I.** — Ex spec. orig. a cl. Sacc. benevole communic.).

Perithecia sparsa, $^1/_2$ mm. d.; asci 155 165 ≈ 14-17; sporidia 55-70 ≈ 5-6, parte incrassata 20-22 ≈ 12-14 (non 7-8 ut in Syll. et in Wint.).

Bombardia fasciculata Fries Summa Veg. Scand. p. 389. Winter in Hedw. 1874, p. 56. Sacc. Syll, Pyr. Vol. I, p. 277. Bomm. et Rouss. Flor. p. 203. Ell. et Ev. N. Am. Pyr. p. 176. *Sphaeria Bombarda* Batsch Elench. Cont. I, 271 fig. 181. *Bertia Bombarda* Ces. et De Not. Schema p. 51.

Hab. in ligno fagineo, salicino, betulino, carpineo etc., *praecipue in discis caescis in tota fere* « Europa *et* Amer. bor. » (**Tab, CXX, fig. I.** — Ex specim. italicis in Herb. meo).

Perithecia fasciculata, superficialia, verticaliter evoluta, subcylindracea, vel longe ovoidea, 1-1 $^1/_2$ mm. alta, coriacea; asci longe stipitati 120-140 ≈ 9-12, (p. spor.); sporidia tota 40 50 μ. longa, dein parte ovoidea 13-15 ≈ 7-8, et cauda 24-28 ≈ 4.

CALOSPORA Sacc. Syll. Pyr. II, p. 231 (nec Nits.).

Perithecia stromate valsoideo immersa, acervulata. Asci octospori. Sporidia bi-pluriseptata, mutica vel appendiculata.

Calospora aculeans (Schw.). Sacc. Syll. Pyr. II, p. 233. *Sphaeria aculeans* Schw. Syn. Am. bor. n. 1395. Cooke Vals U. St. p. 119 *Sphaeria rufescens* Schw. Syn Am. bor. n. 1395. *Cryptospora acul.* E. et Ev. N. Am. Pyr. p. 535.

Hab. passim in truncis ramisque Rhois typhinae « Carolina, Georgia Massachusetts Am. bor. » (**Tab. CXXI, fig. I.** — Ex spec. orig. in Herb. beati Schw. a cl. Cooke benevole communicatis.).

Perithecia stromate fuscescente immersa, ostiolis, e disco protuberantibus, ornata; asci 50-55 ≈ 9-11; sporidia 15-17 ≈ 4, saepe uniseptata. Inter *Diaporthem* et *Calosporam*, sporidiis saepe uniseptatis, ludibunda.

Calospora rhoina (C. et Ell.) Sacc. Syll. Pyr. II, 234 *Diatrype rhoina* C. et Ell. Grev. VII, p. 8. North Am. Pyr. p. 424.

Hab. in truncis Rhois venenatae « New Jersey Am. bor. » (**Tab. CXXI, fig. 2.** Ex specim. orig. a clariss. Cooke et Ellis benevole comm.).

Perithecia in stromate conoideo, vario, peridermio tecto, maiusculo immersa, ostiolis longiusculis, rigidis exertis ornata, ligno immersa; asci 55-70 ≈ 9-11; sporidia 32-36 ≈ 3-4 (et usque 40 μ. longa). Etiam Chlori-Joduri-Zynci ope, raro 3-5 pseudoseptata. An potius inter *Diaporthes*?

Calospora Platanoidis (Pers.) Niessl in Hedw. XIV, p. 130 Sacc. Syll. Pyr. II, p. 231. *Sphaeria platanoides* Pers. Syn. p. 45 *Sphaeria stilbostoma* var. γ. Fries Syst. II, p. 404. *Valsa Innesii* Curr. in Trans. Linn. Soc. Lond. XXII, p. 281, tab. 48, fig. 116 *Diaporthe Innesii* Fuck. Symb. Myc. p. 204 *Calospora Innesii* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 231, *Valsa Platanoidis* Cooke Handb. p. 837, *Pseudovalsa platanoides* Winter Pilze II, p. 790.

Hab. ad ramos emortuos Aceris Pseudoplatani, *et* Ac. platanoidis *in* « Britannia, Gallia, Germania *et* Hollandia » (**Tab. CXXI fig. 3**. — Ex specim. Niessleano in Herb. Sacc.).

Perithecia corticola, circinantia, 4-12 in quoque stromate, globosa vel parum compressa; asci 75-90 ≈ 14-16; sporidia 25 28 ≈ 6-8.

Calospora longipes (Tul.) Berl. *Melanconis longipes* Tul. Sel. Fung. Carp. II, p. 139. *Sphaeria quercina* B. et Br. Brit. Fungi n. 839, Currey in Trans. Linn. t. XXII p. 272. *Sphaeria arcuata* Curr. l. c. p. 281. *Pseudovalsa longipes* Sacc. Syll. II, p. 136, Winter Pilze II, p. 787.

Hab. in ramis deiectis. Quercus sessiflorae *in* « Gallia, Britannia, Germania, Belgio, Italia ». (**Tab. CXXII fig. I**. — Ex specim. orig. a cl. Hariot Musaei Parisiensis benevole comm.).

Perithecia in acervulos valsiformes, conicos, erumpentes collecta; asci 140-150 ≈ 16-18; sporidia 58-65 ≈ 8-10 hyalina.

Species non examinatae vel e genere excludendae

Calosp. capsularis (Pers.) Sacc. Non vidi mihi dubia. C. Zopfii (Kunze) Sacc. Est *Diaporthe* C. tubulosa (B. et C.) Sacc. est *Pseudovalsa tubulosa* C. pensylvanica (B. et C.) Sacc.; specimina orig. sterilia. C. secedens (M. et Fr.) Sacc. Non vidi. C. Ulicis (West.) Sacc. Ex specim. orig. est genuina *Diatrype*, nam sporidia sunt allantoidea, 10-12 ≈ 2-3, biguttata, luteo-viridula C. gemmata (B. et C.) Sacc. Non vidi. C. undulata (B. et Br.) Sacc. Ex specim. orig, est *Diatrype*. C. inconspicua (C. et Ell.) Sacc. Specim. orig. sterilia sed certe non ad *Calosp*. spectantia. C. minuta Bomm. et Rouss. Non vidi. C. alnicola Cooke et Masse est *Massariella* C. arausiaca (Fabr.) Sacc. Non vidi.

MASSARINA Sacc. Syll. Pyr. II, p. 153. *Massaria* De Not. aliorumque p. p. Perithecia et asci ut in *Massaria* Sporidia pluriseptata, hyalina.

Massarina microspora Pass. Diagn. Funghi nuovi V, nota, n. 14.

Hab. in ramis emortuis Pini silvestris « Collecchio *prope* Parma It. bor. » (**Tab. CXXII fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Passerini benevole comm.).

Perithecia subcutanea sparsa, vel subgregaria, asci 60-65 ≈ 10; sporidia 12-14 ≈ 3,5-4.

Massarina micacea (Kunze) Sacc. Suppl. Tot. Syll. Pars. I, p. 825 *Massaria micacea* Kunze Fungi sel. n. 95. Winter Pilze II, p. 542.

Hab. in ramis emortuis Tiliae platyphyllae *in* « Germania » (**Tab. CXXII fig. 3.** — Ex specim. orig. ex Herb. Winterian. a cl. Urban Musaei Berolinensis benevole comm.).

Perithecia gregaria 300 μ. d. nuclo albo farcta; asci 60-70 ≈ 12-14; sporidia 20-24 ≈ 4-6, sine muco, diu biconoidea, 1-septata dein plasmate 4-partito.

Massarina microcarpa (Fuck.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 144, *Massaria microcarpa* Fuck. Symb. Myc. p, 144, tab. VI, fig. 37. Winter Pilze II, p. 541. *Massaria Coryli* Karst. Symb. Myc. Fenn VI, p. 33. *Massarina Coryli* Sacc. Syll. l. c. p. 154.

Hab in ramis siccis corticatis, Carpini Betuli *in* « Germania » (**Tab. CXXIII fig. I.** — Ex specim. a cl. Winter lectis et a cl. Alrban spect Directionis Musei Berolinensis missis).

Perithecia sparsa vel acervata, $^1/_4$ mm. d.; asci 80-90 ≈ 12-16; sporidia 22-24 ≈ 5-6.

A *Metasphaeria saepincola* aegre distinguenda.

Massarina polymorpha (Rehm) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 155, *Massaria polymorpha* Rehm Ascom. Diagn. n. 242, Winter Pilze II, p. 541.

Hab. ad ramos siccos Rosarum *infra montem* « Retyezat in alpibus transsylvanicis » (**Tab. CXXIII fig. 2.** — Ex specim. orig. in Rehm Ascom. l. c.).

Perithecia $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d., tecta, molliuscula, membranacea, epidermide nigrescente cincta; asci 85-95 ≈ 10-12; sporidia 18-20 ≈ 4-5.

Potius var. *Metasphaeriae saepincolae* cui valde affinis.

Massarina alnicola (Cooke et Mass.) Berl. *Calospora alnicola* Cooke et Masse in Grev. XVI, p. 47. Sacc. Suppl. Tot. Syll. I, p 872.

Hab in ramulis Alni autumnalis *emortuis in* « Horto Kewensi Britanniae » (**Tab. CXXIII fig. 3.** — Ex specim. orig. a cl. Cooke benevole comm.).

Perithecia sparsa vel subinde 1-3 acervulata, numquam stromate immersa, peridermio tecta eique soluto adhaerentia, cupuliformia, fere $^1/_2$ mm. d.; asci 65-70 ≈ 15-18; sporidia 20-22 ≈ 5-6 muco destituta.

Perithecia *Ditopellae*, asci et sporidia *Calosporae*.

Massarina penicillata Sacc. Syll. Pyr. II, p. 156. *Massaria penicillata* Sacc. Mich. I, p 404, Fungi It. tab. 408.

Hab. in ramulis corticatis Cytisi nigsicantis *in silva* « Montello Ital. bor. » (**Tab. CXXIII fig. 4.** — Ex specim. orig. a cl. Sacc. benevole comm.).

Perithecia laxe gregaria, subcutanea, $1/3$ mm. d., apice setulis septatis 50 ≈ 3 ornata; asci 90 ≈ 15; sporidia 20 ≈ 8.

Massarina Corni (Fuck.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 154 *Massaria Corni* Fuck. Symb. Myc. App. I, p. 303, Winter Pilze II, p. 541. Rehm Ascom. n. 698.

Hab. in ramis emortuis corticatis Corni sanguineae *in* « Germania ». (**Tab. CXXIV, fig. I.** — Ex spec. Winterianis a spect. Directione Musaei berolin. benevole comm.).

Perithecia gregaria, tecta, nucleo albo farcta, minuta, $1/4$ mm. d.; asci 95-105 ≈ 18-20; sporidia 32-34 ≈ 10-12.

Massarina eburnea (Tul.) Sacc. Syll. Pyr. II, pag. 153. *Massaria eburnea* Tul. Sel. Fung. Carp. II, p. 239, tab. XXV, fig. 5-9. Fuck. Symb. Myc. p. 154, tab. VI, fig. 8. Rehm Asc. n. 697. Winter Pilze II, p. 540. *Sphaeria Pupula var. minor* Desm. Pl. Crypt. Edit. II, n. 1764.

Hab. in ramis Fagi silvaticae, *raro* Betulae, *in* « Gallia, Germania, Italia *et* Britannia ». **Tab. CXXIV fig. 2.** — Ex specim. in Rehm Asc. l. c. cum aliis e regionibus variis comparatis).

Perithecia saepe gregaria, $1/4$ mm. d., tecta; asci 130-140 ≈ 14-17; sporidia 28-32 ≈ 8-10 (sine muco).

Massarina eburnoides Sacc. Syll. Pyr. II, p. 153. *Massaria eburnoides* Sacc. Mich. I, p. 41, Fungi it. tab. 145.

Hab. in ramulis corticatis, emortuis Coryli Avellanae « Conegliano Ital. bor. ». (**Tab. CXXIV, fig. 3.** — Ex specim. orig. a cl. Sacc. benevole comm.).

Perithecia sparsa, tecta, $1/3$-$1/4$ mm. d.; asci 120-130 ≈ 18-20; sporidia 30-32 ≈ 12-15.

Massarina lunulata (Tul.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 155. *Massaria lunulata* Tul. Sel. Fung. Carp. II, p. 241.

Hab. in corticibus Fagi silvaticae *et* Aceris Pseudoplatani *in* « Alpibus Delphinatus Galliae ». (**Tab. CXXV, fig. I.** — Ex specim. orig. (in *Fago*) a cl. Hariot Musaei parisiensis benevole missis.).

Perithecia tecta, gregaria, $3/4$ mm. d., coriacea, crassa; asci stipitati, 100-110 ≈ 18-20 p. sp., stipite 40-50 μ. longo; sporidia 28-32 ≈ 7-8.

Sporidiorum fabrica *M. Corni* valde appropinquat, sed ab ea perritheciorum natura longe recedit.

Massarina hysterioides (Ell. et Ever.) Berl. *Leptosphaeria hysterioides* Ell. et Ev. Bull. Was. Lab. Nat. Hist 1884, p. 4. North Am. Fungi n. 1658, et North Am. Pyrenom. p. 371. Sacc. Suppl. Syll. I, p. 782.

Hab. in foliis emortuis Xerophylli tenacis *in* « Monte Paddo, Am. bor. ». (**Tab. CXXVI, fig. I.** — Ex specim. orig. in Ellis North Am. Fungi exsicc. l. c.).

Perithecia gregaria, diu epidermide nigricanti, demum longitudinaliter fissâ tecta, $1/4$ mm. diam.; globoso-depressa, nucleo albo farcta; asci 95-105 ≈ 18-24; sporidia muco obvoluta, 25-27 ≈ 8-10 (sine muco) hyalina.

Massarina Myricae (Peck) Berl. *Metasphaeria Myricae* Peck in 38 Rep. St. Mus. p. 105, tab. 2, fig. 24-26. Sacc. Suppl. Tot. Syll. I, p. 84.

Hab. in ramis emortuis Myricae Gales « Caroga Amer. bor. ». (**Tab. CXXVI, fig. 2**. — Ex specim. orig. a cl. Peck benevole comm.).

Perithecia gregaria vel dense sparsa, late conoidea, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. diam., intus alba, coriacea; asci 85-95 ≈ 14-18; sporidia 26-30 ≈ 7-8, primo biconoidea, dein pseudotriseptata, hyalina, muco obvoluta.

Species excludendae

Massarina Tiliae (P. et P.) Sacc. Sec. specim. orig. ad *Massariellam Curreyi* pertinet. *Massarina Winteri* est *Metasphaeriae sepincolae* potius adscribenda.

MELOMASTIA Nits. et Fuck. Symb. Myc. App. I, p. 306. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 213.

Perithecia globosa, papillata, carbonacea, initio tecta, mox cortice secedente nudata. Asci octospori. Sporidia oblonga, obtusa, biseptata.

Genus inter *Metasphaeriam* et *Zignoellam* locandum. A *Zignoella* differt peritheciis subinde clypeo stromatico tectis, a *Metasphaeria* vero etiam peritheciis demum liberis lignicolisque distinguenda.

Melomastia Friesii Nits. in Fuck. Symb. Myc. App. I, p. 306. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 213. *Sphaeria mastoidea* Fries Syst. Myc. II, p. 463. *Sphaeria Lonicerae* Sow. Engl. Fungi tab. 393, fig. 6. *Sphaeria revelata* Berk. et Br. Not. Brit. Fungi n. 634, tab. 11, fig. 18. *Sphaeria fraxinicola* Curr. in Linn. Trans. tom. XXIV tab. XXV, fig. 34. *Sphaeria Opuli* Fuck. Symb. Myc. p. 115, tab. III, fig, 24. *Trematosphaeria mastoidea* Winter Pilze II, p. 274. *Leptosphaeria Emiliana* Fabre Ess. Spher. Vaucl.

Hab. in ramis truncisque denique decorticatis Salicis, Fraxini, Pistaciae, Lonicerae, Viburni, Syringae Alni, Symphoricarpi, Iasmini, Artemisiae, Ligustri, Corni, Hederae, Sambuci, Eupatorii *etc. in* « Italia, Gallia, Germania, Graecia, Britannia, Belgio, Helvetia *et* Amer. bor. ». (**Tab. CXXV fig. 2.** — Ex specim. ital. in Herb. Sacc.).

Perithecia sparsa, primo tecta dein emergentia, demum libera basique insculpta, vel ligno plus minusve infossa, $^1/_2$-$^3/_4$ mm. diam.; subinde clypeo stromatico atro tecta et tum cum clypeo, 1 mm. diam., asci 120-140 ≈ 8-10; sporidia 15-18 ≈ 6-7.

Species non examinata

Mel. antarctica Speg. F. Fung. n. 233. Sacc. Suppl. I, Syll. p. 859 n. 3498, (non n. 3496) sub *Herpotrichia*. A *Mel. Friesii* non nimis differt

MELANOPS Tul. em. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 231. Stroma lentiforme, spermogonio proprio adnatum. Perithecia immersa. Asci paraphysati, octospori. Sporidia oblonga, pluriseptata, hyalina.

Genus mihi dubium et numquam observatum.

Melanops mirabilis Fuck. Symb. Myc. p. 225. Sacc. Syll. Pyr. II, p, 231.

Hab. in Cytispora pisiformi *prope* « Genevam ».

Stroma lentiforme, applanatum, orbiculare, in *Cytisporae* globulorum vertice adnatum lineam latum, rugulosum, atrum; perithecia immersa, globosa, nucleo albo ; asci oblongi, ampli, octospori, 104 ≈ 14, paraphysati; sporidia oblonga, biseptata, hyalina, 28 ≈ 7.

CERIOSPORELLA Berl. nov. gen. Perithecia epidermide tecta papillata. Asci clavati, octospori. Sporidia fusoidea, subcymbiformia, pluriseptata, utrinque setigera hyalina.

Est *Ceriospora* sporidiis hyalinis.

Ceriosporella Patouillardii (Let.) Berl. *Ceriospora Patouillardii* Letendr. in Pat. Icon. anal. Fung. fasc. V., n; 497, p. 215. *Ceriospora Ulicis* Pat. in Rev. Myc. 1885, p. 153. Sacc. Suppl. tot. Syll. I, p. 845.

Hab. in ramis emortuis Ulicis europaei « Grand-Quévilly *prope* Rouen Galliae ». (**Tab. CXXVII, fig. 1.** — Ex Pat. l. c.).

Perithecia gregaria, superficialia vel epidermide tecta; asci 136 ≈ 7-14; sporidia 30-36 ≈ 5-6 (excluso mucrone) hyalina, uniseptata.

Aff. *Ceriosporae Dubyi.* An demum sporidia sunt triseptata et colorata ?

Ceriosporella bicalcarata (Ces.) Berl. *Sphaerella bicalcarata* Ces. in Hedw. 1872, p. 181, Erb. Critt. it. II Ser. n. 1167, Rab. Fungi Eur. n. 1561. *Ceriospora bicalcarata* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 186.

Hab. in petiolis exsiccatis Chamaeropis humilis *in* « Horto botanico Neapolitano *et* Pisano Italiae ». (**Tab. CXXVII, fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Pirotta benevole communicat.).

Perithecia tecta, seriatim aggregata, minuta, $1/4$ mm. d., in forma neapolitana (Rab. l. c.) pseudostromate corticali atro-fuligineo, effuso tecta; in forma pisana (Erb. Critt. it. l. c.) stromate vix manifesto (saltem in specim. examin.); asci 70-80 ≈ 12-14; sporidia 32-34 ≈ 6-7, utrinque setigera, medio pseudo-uniseptata, hyalina nubilosa (an demum 3-septata colorataque ?) calcaribus 12-15 ≈ 1.

Ceriosporella fuscescens (Niessl) Berl. (Sacc. Syll. II, p. 185 sub *Ceriospora)* peritheciis in maculis fuscis vel fuscescentibus densissime stipatis, tectis; ascis clavatis sporidiisque fusoideis vel lunulatis, utrinque acutis, medio septatis, non constrictis, 30-36 ≈ 7-8 (excl. mucronibus) hyalinis, valde affinis videtur *Ceriosp. bicalcaratae*, cuius ut var. haberi posset, si mihi suspicio non exstaret *Ceriosporellas* potius formas immaturas esse. Si vero in hac specie,

in *C. bicalcarata* et in *C. Patouillardii* sporidia semper hyalina didymaque manerent, genus hoc totum inter *Hyalodidymas* censendum esset, et verisimiliter huic adscribenda esset etiam *Ceriospora Dubyi* Niessl, quae in Icone nostra XVIII sub figura secunda adumbratur.

HYPOSPILA Fr. Summ. Veg. Scand. p. 421. Sacc. Syll. Pyr. II, p, 189, Winter Pilze II, p. 564 Karst. Rev. Mon. Ascom. Fenn. p. 43 Brun. Flor. Myc. Ouest. p. 184 Briard Flor. p. 337 Bomm. et Rouss. Florul. p. 211 Ell. et Ev. North Am. Pyr. p. 412.

Perithecia parenchymate foliorum immersa, tenerrima, clypeo stromatico phyllogeno, nigricante tecta, rostro laterali, subinde longiusculo, nonnisi sero epidermidem, puncti nigri instar, perforante. Asci fusoideo-clavati, aparaphysati, octospori. Sporidia uni-vel demum triseptata, hyalina.

Fungilli epidermide colore rufescente-fusco tinctâ bullatimque inflatâ tecti. Quoad vegetationem *Gnomoniis* cognati.

Hypospila groenlandica Rostr. F. p. 561. Sacc. Suppl. Syll. l. p. 849,

Hab. in foliis dejectis Salicis glaucae *in* « Groenlandia ». (**Tab. CXXVIII, fig. I**, folio excepto quod ad n. 2, sive *Hyp. Pustulam*, pertinet. — Ex specim. orig. a cl. Rostrup. benevole comm.).

Perithecia subsparsa, parenchymate folii immersa, utrinque epidermide bullatim inflatâ tecta; asci 100-115 ≈ 10-14; sporidia 48-55 ≈ 4-6, hyalina, semper biseptata.

Hypospila Pustula (Pers.) Karst. Myc. Fenn. II, p. 127. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 189. Winter Pilze II, p. 564. *Sphaeria Pustula* Pers. Syn. p. 91. *Phoma Pustula* Fries Syst. Myc. II, p. 547. *Sphaeria pleuronervia* De Not. Micr. it. Dec. IX, n. 9. *Isothea Pustula* Berk. Outl. Brit. Fungi p. 392. *Sphaeria oleipara* Sollm. Hedw. V, p. 65. *Gnomonia Pustula* Auersw. Myc. eur. V-VI, p. 21, tab. VIII fig. 117.

Hab. in foliis dejectis Quercus pedunculatae *in* « Germania, Italia, Suecia, Fennia, Belgio, Britannia, Hungaria *et* America ». (**Tab. CXXVIII, fig. 2.** — Ex specim. a cl. Linhart in *Fungis hungaricis* n. 467 editis).

Perithecia sparsa, parenchymate folii immersa, utrinque epidermide bullatim inflatâ et plerumque colore rufescenti-fusco tincta tecta, depresso-sphaeroidea, latere in rostrum nigrum breviter conoideum acuminata; asci 65-80 ≈ 10-12; sporidia 20-22 ≈ 4-5, diu uniseptata, dein triseptata, hyalina.

Hypospila Rehmii Sacc. Syll. Pyr. II, p. 189. *Sphaerella carpinea* Rehm Ascom. Exsic. n. 496. *Agriospora carpinea* Rehm Asc. Diagn. n. 496 (nec *Sphaeria carpinea* Fr. et Auct.).

Hab. in foliis subputridis Carpini Betuli *prope* « Lohr a M. *in* Germania ». (**Tab. CXXIX fig. I.** — Ex specim. orig. in Rehm l. c.).

Perithecia dense sparsa, foliorum parenchymate immersa, epidermide

punctiformi-nigrefactâ tecta, globoso-depressa, dein collabascendo sursum concava, 140-150 μ. diam.; asci 60-65 ≈ 10-13; sporidia 18-22 ≈ 4-5 hyalina.

Quoad sporidiorum fabricam, affinis *Hyposp. Pustulae.*

Hypospila bifrons (D. C.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 190. Winter Pilze II, p. 565. *Xyloma bifrons* De Cand. Fl. Fr. VI, p. 156. Fries Syst. Myc. II, p. 438. *Sphaeria bifrons* Kunze et Schm. Deutschl. Schwämme n. 204. *Hypospila quercina* f. *bifrons* Fries Summa Veg. Sc. p. 421. *Gnomonia bifrons* Auersw. Myc. Eur. V, VI, p. 20, tab. VIII, fig. 118. *Sphaeria circumvallata* Sow.

Hab. ad folia exsiccata Quercus pedunculatae etc. *in* « Gallia, Germania, Suecia, Belgio, Italia, Britannia ». (**Tab. CXXIX, fig. 2.** — Ex specim. orig. candolleanis a cl. Hariot Musaei parisiensis benevole communicatis).

Perithecia convexa, prominula, parenchymate saturate nigrificato immersa; asci 50-60 ≈ 10-12, sporidia 11-13 ≈ 3-4, hyalina, ad basim uniseptata.

Species ab *Hypospila Pustula* toto coelo diversa, et parenchymate epidermideque foliorum stromatice nigrificatis mox dignoscenda. Maculae nigrae, nitide a nervulis angulatim delimitatae et stromata simulantes, in utraque pagina foliorum se ostendunt, et aream pallescentem saepe colunt. In speciminibus quoque Candolleanis, quibus adumbratio mea excerpta est, asci et sporidia optime servata inveni!

Hypospila immunda (Fuck.) Sacc. Syll. Pyr. II. p. 190. Winter Pilze II, p. 565 *Sphaeria immunda* Fuck. Symb. Myc. p. 108, tab. III. fig. 10 *a. b.*

Hab. in foliis adhuc pendulis Quercus *in* « Germania, Britannia ». (**Tab. CXXX, fig. I.** — Ex specim. orig. in Rehm Fungi rhen. n. 843 editis, et a cl. Prof. Briosi benevole comm.).

Perithecia minuta in utraque pagina foliorum crusta tenui, vix manifestâ tecta, globoso-depressa; asci 58-68 ≈ 7-9; sporidia 10-12 ≈ 5, hyalina.

Cum *Gnomoniae* speciebus congruit.

SPHAERULINA Sacc. Mich. I, p. 399. Syll. Pyr. II, p. 186. Winter Pilze II p. 403 Brun. Flor. Myc. Ouest, p. 184. Briard Florule p. 315 Bomm. e Rouss. Flor. 211.

Perithecia tecta, globosa vel lenticulata, papillata. Asci aparaphysati, saepe saccati, octospori. Sporidia cylindracea vel oblonga, transverse pluriseptata, hyalina.

Genus satis singulare, species alias sporidiis minutis, alias maximis complectens, recte in sectiones duas, « *microsporae* » et « *macrosporae* » dividendum.

A *Sphaerella* differt sporidiis pluriseptatis.

Sphaerulina primulicola (Wint.) Berl. *Sphaerella primulicola* Winter Hedw. 1880, p. 166. *Leptosphaeria primulaecola* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 49. Winter Pilze II, p. 486.

Hab. in foliis petiolisque Primulae latifoliae « Albula-Hospiz, Helvetiae ». (**Tab. CXXX, fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. J. Urban Musaei berolinensis benevole comm.).

Perithecia in soros $^1/_2$-1 mm. diam. collecta, superficialia, 60-90 μ diam.; asci 50-55 ≈ 20-25, aparaphysati; sporidia biseptata, 18-20 ≈ 10-12 (cum halone mucoso), hyalina, sera maturitate fuscidula. Certe inter *Hyalophragmias* censenda et a genere *Sphaerulina* haud rite separanda.

Sphaerulina Potentillae Rostrup Islands Svampe p. 11. Sacc. Supp. Tot. Syll. I, p. 846.

Hab. in caulibus Potentillae maculatae *in* « Islandia ». (**Tab. CXXX, fig. 3.** — Ex specim. orig. a cl. Setectore benevole comm.).

Perithecia punctiformia, gregaria, asci saccato-clavati 38-45 ≈ 22-25; sporidia 4-septata, 16-20 ≈ 6-7 hyalina.

Sphaerulina intermixta (Berk. et Br.) Sacc. Syll. Pyr. Vol. II, p. 187. Fungi It. tab. 347. Winter Pilze II, p. 404. *Sphaeria intermixta* Berk. et Br. Not. Brit. Fungi n. 639. Cooke Handb. p. 889. *Sphaerella intermixta* Auersw. Pyr. Herb. Heufl. p. 4. *Pringsheimia Rosarum* Schultzer Pflauz. Slav. p. 57. *Stigmatea seriata* Winter in Flora 1872, p. 544, *Sphaeria glomerulata* Fuck. Symb. p. 113. *Didymella glomerulata* Sacc. Syll. I, p. 546. *Sphaeria abbreviata* Cooke Handb. p. 793, *Leptosphaeria abbreviata* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 26. (Cfr. Berlese Icones Fung. Fasc. II, p. 87).

Hab. in ramis emortuis Rubi, Rosae *et* Corni *in* « Britannia, Germania, Italia, Banatu ». (**Tab. CXXXI, fig. I.** — Ex specim. italicis in Herb. Sacc.).

Perithecia gregaria, minuta 89-100 μ. diam.; asci eximie roseolati, 40-50 ≈ 12-15; sporidia 16 20 ≈ 5-6, tri-quinqueseptata subinde septulo longitudinali loculo uno alterove divisa, pallidissime flavescentia.

Forma *Corni* (Cfr. Sacc. Syll. l. c. p. 188) a typo non satis differt.

In forma *constricta* cl. Starbäck. (Cfr. Starb. Ascom. vel p. 15, fig. 15, et Sacc. Suppl. Syll. p. 848), sporidia majora, nempe 20-30 ≈ 7, ad septum medium magis constricta subinde septulo longitudinali divisa describit, sed (ut ex adumbratione mea patet) characteres hi etiam in typo inveniuntur, et ex examine speciminum originalium varietatis *constrictae* a cl. Starbäck benevole communicatorum, nullum mihi patuit discrimen a forma typica. Neque matrix!

Sphaerulina Ceanothi (Cooke et Harkn.) Berl. *Sphaeria Ceanothi* Cooke et Harkn. in Grev. XIII, p. 19. *Leptosphaeria Ceanothi* Berl. et Vogl. Add. Syll. p. 136. Sacc. Suppl. Syll. I, p. 76.

Hab. in ramulis Ceanothi *in* « California ». (**Tab. CXXXI, fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Cooke benevole communic.).

Perithecia gregaria, minuta $^1/_5$-$^1/_4$ mm. d.; asci 45-55 ≈ 10-12 fasciculati

aparaphysati; sporidia 14-16 ≈ 6-8, triseptata, raro septulo longitudinali, divisa (ut in *Sph.* intermixta cui affinis), hyalina vel vix lutescentia.

Sphaerulina inquinans Rehm Beitr. Ascom. in Hedwigia 1882, p. 122. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 188. Winter Pilze II, p. 404.

Hab. ad glumas Iunci Hostii *siccas prope* « Küthai Tyroliae (altit. c. 6250 ped.) ». (**Tab. CXXXI, fig. 3.** — Ex specim. orig. a cl. Rehm benevole communicatis).

Perithecia minutissima, $^1/_8$-$^1/_9$ mm. d., aggregata, in massam atram consociata; asci 40-50 ≈ 10-14, nubiloso-paraphysati, piriformes vel subcylindracei; sporidia di-tristicha, 16-18 ≈ 5-6, hyalina.

Facie ascorum et paraphysibus diffluentibus potius inter *Metasphaerias* censenda, et *M. culmifidae* et *M. lacustri* affinis.

Sphaerulina baccarum Rehm Beitr. Ascom. in Hedwigia 1882, p. 122. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 188. Winter Pilze II, p. 404.

Hab. ad baccas putridas Juniperi nanae *prope* « Küthat alpium Tyroliae ». (**Tab. CXXXI, fig. 4.** — Ex specim. orig. a cl. Rehm benevole communicatis).

Perithecia minutissima basi hyphis longis, flexuosis, teneris, fuscis cincta; asci 45-75 ≈ 22-24; sporidia 22-25 ≈ 6-8.

Sphaerulina subglacialis Rehm in Hedw. 1885, p. 243. Sacc. Suppl. Tot. Syll. I, p. 847.

Hab. ad caules putridos Trifolii pallescentis *ad glaciem aeternam montis* « Ortler *prope* Sulden *in* Tyrolia ». **Tab. CXXXII, fig. I.** — Ex specim. orig. a cl. Rehm benevole comm.).

Perithecia sparsa, globosa, in epidermide dealbata caulium primitus immersa, 0,2 mm. diam.; asci 60-70 ≈ 30-38; sporidia 25-30 ≈ 10-15, hyalina.

Affinis *Sphaerulinae baccarum.* In exemplari examinato frequentissime occurrunt *Pyrenospora chrysospora, Pleospora rubicunda* et *Sphaerella* quaedam.

Sphaerulina taxicola (Peck.) Berl. *Sphaeria taxicola* Peck 24 Rep. p. 99. *Leptosphaeria taxicola* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 85.

Hab. in pagina superiore, quam omnino occupat, foliorum Taxi canadensis « Sandlake Am. bor. ». (**Tab. CXXXIV, fig. 2.** — Ex spec. orig. a cl. Peck. benevole communicatis).

Perithecia minuta, gregaria, $^1/_5$-$^1/_6$ mm. d.; asci 45-55 ≈ 10-12, aparaphysati, collecti; sporidia 15-17 ≈ 5-6, hyalina.

Sphaerulina Boudieriana Sacc. et Malbr. Fungi Gall. Ser. V. n. 2167, Sacc. Suppl. Tot. Syll. I, p. 847.

Hab. in foliis emortuis Scabiosae silvaticae « Brionne Galliae ». (**Tab. CXXXII. fig. 3.** — Ex specim. orig. a cl. Saccardo benevole comm.).

Perithecia sparsa, epiphylla, rarius hypophylla, globoso-depressa 100-120 μ.

diam., primo epidermide velata dein subsuperficialia; asci 35-45 ≈ 10-12; sporidia 16-20 ≈ 4-4. hyalina.

Inter *Metasphaeriam* et *Sphaerulinam* fere ambigua. Dimensiones ascorum et sporidiorum, secundum cl. Saccardo, sunt paulo meis superiores (Cfr. Sacc. l. c.).

Sphaerulina umbilicata Sacc. et Malbr. Mich. II, p. 64, Syll. Pyr. II, p. 187.

Hab. in caulibus Succisae pratensis « Rouen Galliae ». (**Tab. CXXXIII, fig. I.** — Ex specim. orig. a cl. Saccardo benevole communicatis).

Perithecia sparsa 110, μ. diam.; asci 45-55 ≈ 12-14, diu cohaerentes, aparaphysati; sporidia 22-26 ≈ 3-4, hyalina.

Sphaerulina myriadea (D. C.) Sacc. Syll. Pyr. II, pag 186. Winter Pilze II, p. 403. Ellis et Ev. North American Pyr. p. 312. *Sphaeria myriadea* D. C. Fl. Fr. VI, p. 148. *Spaerella myriad.* Rabh. Fungi eur. 149. Auersw. Myc. eur. fig. 9.

Hab. in foliis dejectis Quercus *et* Fagi *in fere tota* « Europa *et* Amer. bor. » (**Tab. CXXXIII, fig. 2.** — Ex specim. a cl. Vize in « Micro-fungi britannici » (n. 195) editis, cum aliis (et originalibus quoque) e variis regionibus comparatis).

Perithecia aggregata, minuta, 90-100 μ. d., prominula, epiphylla; asci cylindracei, 60-80 ≈ 8-10; sporidia saepe triseptata, 28- 30 ≈ 3-4, hyalina vel dilutissime viridula.

Sphaerulina myriadea forma **serograpta** (D. et M.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 187 (ut species). *Sphaeria serograpta* Dur. et Mont. Fl. Alg. 537, *Sphaerella serograpta* Auersw. Myc. Eur. Pyr. p. 12. fig. 14.

Hab. in foliis siccis Quercus cocciferae *et* Q. Ilicis *in* « Algeria *et* Gallia australi » (**Tab. CXXXIII, fig. 3.** — Ex specim. orig. a cl. Castagne lectis et a cl. Hariot benevole comm.).

Perithecia hypophylla. minuta. 150-200 μ. d.; hinc inde aggregata, et epidermide stellatim fissâ emergentia; asci 70-80 ≈ 10-12; sporidia 32-34 ≈ 3-4, hyalina.

Sphaerulina myriadea forma **fraxinea** S. et S. Mich. I, p. 399. Fungi it. tab. 346. Syll. Pyr. II, p. 187 (ut species).

Hab. in foliis languidis Fraxini Orni « Pianzano, Ital. bor. ». (**Tab. CXXXIV, fig. I.** — Ex specim. orig. a cl. Saccardo benevole comm.).

Perithecia sparsa, lenticulari-globosa, 100-110 μ. diam, prominula. hypophylla; asci 60-70 ≈ 9-11; sporidia 28-30 ≈ 3-4, saepe triseptata, subinde 4-5-septata. hyalina vel vix viridula.

A typo differt peritheciis hypophyllis.

Sphaerulina pachyasca (Niessl) Berl. *Leptosphaeria pachyasca* Niessl in Hedw. 1882. p. 111. Winter Pilze II, p. 489. *Metasphaeria pachyasca* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 171. *Sphaerulina callista* Var. *Vossii* Rehm in Voss Mat. Pilz. Krains X, p. 220. Sacc. Suppl. Tot. Syll. I, p. 847.

Hab. in foliis siccis Campanulae caespitosae *et* C. Scheuchzeri « Grosskahlenberg *prope* Laibach *et* Katharinatale *prope* Neumartitl Carniolae ». (**Tab. CXXXI, fig. 2.** — Ex specim orig. *Sphaer. callistae* var. *Vossii* a cl. Rehm benevole communicatis.).

Perithecia sparsa, 300 μ. diam.; asci ampli, magni, 160-190 × 80-90; aparaphysati, sporidia 56-72 × 22-30, plerumque 6-septata, hyalina, episporio crasso halonem mucosum simulante, cincta.

Paraphyses a cl. Niessl notatae potius ut asci steriles habendae.

Sphaerulina pachyasca var. **callista** Rehm Beitr. Ascom. in Hedw. 1882, p. 122, (ut spec.). Sacc. Syll. Pyr. II, p. 188 (ut species).

Hab. in caulibus siccis Alsines? in Valle Pilz Alpium Tyroliae.

Perithecia minima, globosa vel subconica, sparsa; asci ovales 150 × 50; sporidia ellipsoidea, plerumque 6-cellularia, hyalina, volvâ mucosa circumdata, loculo tertio caeteris crassiore.

Sphaerulina Annae (Oud.) Berl. *Metasphaeria Annae* Oud. Contr. Fl. Myc. Now. Semlja p. 12, tab. I, fig. 9. Sacc. Suppl. Tot. Syll. I, p. 826.

Hab. in Ranunculo nivali *var.* sulphurea « Nowaja Semlja ». (**Tab. CXXXV, fig. 3.** — Ex icone Oudemansiano).

Perithecia sparsa, 200 μ. diam., depresse globosa, ostiolo vix papillato; asci 130 × 50 octospori; sporidia 60 × 14 (sine muco), loculis altitudine inaequalibus, hyalina, strato mucoso 3-4 μ. crasso obvoluta.

An eadem ac *Sphaerul. pachyasca?* Certe ad hoc genus pertinet.

Species incertae vel non examinatae.

Sphaerulina Leightoni (Berk.) Sacc. *Sphaer. islandica* Rostr. *Sphaer. Giliae* Speg. non vidi. *Sphaer. Coriariae* Pass. Ex specim. orig. nihil eruere potui. *Sphaer. Camelliae* Pass. non vidi. *Sphaer.* Pini Pass. Non vidi. *Sphaer. sambucina* Peck. id. *Sphaer. Staphyleae* Pass. id. *Sphaer. Acetabulum* (Berk.) Sacc. id. *Sphaer. Caricis* Pat. id. *Sphaer. cetraricola* (Nyl.) Karst. id. *Sphaer. assurgens* (Cooke) Berl. id. *Sphaer. Todeae* (Cooke) Berl. ex specim. orig. nihil eruere potui.

METASPHAERIA Sacc. Syll. Pyr. Vol. II, p. 156. Brunaud Flore Mycol. Ouest. p. 183 Briard Florule p. 312. Bommer et Rouss. Florule p. 208 Ellis et Ever. North. Amer. Pyr. p. 379.

Perithecia epidermide tecta, dein subinde erumpentia, membranacea, papillata. Asci paraphysati, octospori. Sporidia ellipsoidea vel oblongo-fusoidea, bi-pluriseptata, hyalina, subinde muco obvoluta. Genus *Leptosphaeriae* et *Sphaerulinae* valde affine et subinde ab eis aegre separandum; speciebus nonnullis ad *Massarinam* vertit, a quo praecipue differt peritheciis tenuioribus, membranaceis, saepius caulicolis.

Metasphaeria Trollii Karst. in Hedw. 1884, n. 6, p. 3 et Rev. atque Syn. Ascom. Fenn. p. 43. Sacc. Suppl. Tot. Syll. p. 826.

Hab. ad caules emortuos Trollii europaei *prope* « Plenji maris glacialis ». (**Tab. CXXXV, fig. 2**. — Ex specim. orig. a cl. Karsten benevole comm.).

Perithecia in greges minutos sociata, 300-400 μ. diam.; asci 60-70 ≈ 8; sporidia 12-14 ≈ 3-4 hyalina 3-4-guttata. Mihi videtur potius fungus immaturus. An plenius evolutus ad *Leptosphaeriam* adscribendus?

Metasphaeria Leersiae (Pass.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 173. *Sphaerella* Leersiae Pass. in Thuem. Myc. Univ. n. 965 et Hedw. 1878, p. 46.

Hab. in foliis aridis Leersiae oryzoidis *prope* « Parma Ital. bor. ». (**Tab. CXXXV, fig. 3**. — Ex specim. orig. in Thuem. l. c.).

Perithecia sparsa, minima, $1/_{10}$ mm. d.; asci 35-38 ≈ 8; sporidia 12-14 ≈ 3 $1/_2$-4. Ob specimina senescentia septa secundaria non vidi, et speciem retuli fide cl. Passerini, sed mihi videtur potius *Hyalodidyma*. Habitus est *Sphaerellae* sed asci sunt paraphysati. Potius *Didymella*.

Metasphaeria involucralis Sacc. Syll. Pyr. II, p. 172. *Leptosphaeria involucralis* Pass. in Hedw. 1873, 140 *Sphaeria involucr*. Pass. in Rab. Fungi europ. n. 1632.

Hab. in involucris Castanearum « Collecchio *prope* Parma It. bor ». (**Tab. CXXXV, fig. 4**. — Ex specim. orig. in Rab. I. c. a cl. Pirotta benevole comm.).

Perithecia sub-gregaria, minuta $1/_9$-$1/_7$ mm. d.; asci paraphysati, 30-35 ≈ 8; sporidia 12-15 ≈ 3, biconoidea, uniseptata, quadriguttata.

Vix *Metasphaeria*. Potius *Didymella*. A typo differt praecipue sporidiis semper uniseptatis.

Metasphaeria cocogena (Cooke) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 172. *Sphaeria cocogena* Cooke Grev. V, p. 102, tab. 86, fig. 8.

Hab. in foliis Cocos nuciferae « Demerara ». (**Tab. CXXXVI, fig. I**. — Ex specim. orig. a cl. Cooke benevole communic.).

Perithecia subsparsa $1/_4$-$1/_3$ mm. d. epidermide albo-punctato tecta; asci 60-12; sporidia 14-18 ≈ 5-6. Appendiculas non vidi. Specimen mihi immaturum videtur.

Metasphaeria ocellata (Niessl) Sacc. Syll. II, p. 157. Winter Pilze II, p. 468. *Lept.* ocellata Niessl in Kunze F. Sel. exsicc. cent. IV, n. 334.

Hab. in caulibus aridis Hyperici perforati *prope* Zürich *Helvetiae*. (**Tab. CXXXVI, fig. 2**. — Ex specim. orig. in Kunze l. c.).

Perithecia subgregaria $1/_4$-$1/_3$ mm. d.; asci 60-70 ≈ 10-12; sporidia 17-19 ≈ 5-6 (non 9-10 ≈ 5-6 ut in Sacc. Syll. et Wint. l. c.).

Metasphaeria Cumanella Sacc. et Berl. Myc. aliq. Guin. p. 3. in Rev. Myc. 1889. Sacc. Suppl. Syll. I, p. 839.

Hab. in foliis emortuis Musae « S. Thomè Nova Moka Afr. occid. ». (**Tab. CXXXVI, fig. 3**).

Perithecia gregaria, amphigena, sed plerumque hypophylla. $^1/_8$-$^1/_6$ mm. d.; asci 50-60 ≈ 12-14; sporidia 15-18 ≈ 3-4.

Metasphaeria corticola (Fuck.) Sacc. Syll. Pyr. II. p. 166. Berl. et Bres. Microm. Tridentini p. 40. *Lept. cort.* Sacc. Mich. I, p. 342. Fungi it. tab. 288. *Sphaeria cort.* Fuck. et Symb. p. 14, tab. III, fig. 14. *Metasphaeria lejostega* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 164, Briard Flor. Crypt. p. 312. *Sphaeria lejostega* Ell. Torr. bot. Club 1881, p. 91. *Sphaeria cinerea* Fuck. Symb. Myc. p. 114, F. rhen 2044. *Met. cin.* Sacc. Syll. II, p. 166. *Lept. ciner.* Winter Pilze II, p. 474.

Hab. in ramis variis ex. gr. Pruni, Salicis, Caryae, Rosae, Vaccinii *etc.* « New-field New Jersey Am. bor. » *et* au Prédillon près des Marots, Aube Galliae Oestrich. Germaniae *et prope* Trento Austriae. (**Tab. CXXXVI, fig. 4.** — Ex specim. orig. *M. lejostegae* in North Am. Fungi cum iis *M. cortic.* et *M. cinereae* orig. comparatis).

Perithecia sparsa, epidermide circa ostiolum atratâ tecta, $^1/_4$ mm. d.; asci 95-110 ≈ 8-12; sporidia 15-18 ≈ 4-6. An *Melomastia?*

Metasphaeria lacustris (Fuck.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 173. *Sphaeria* (?) *lacustris* Fuck. Symb. Myc. App. II, p. 22. Fungi rhen. n 2436, *Leptosphaeria lacustris* Winter Pilze II, p. 451.

Hab. in foliis putrescentibus sed adhuc stantibus Typhae angustifoliae *prope* « Budenheim Germaniae (**Tab. CXXXVII, fig. 2.** — Ex specim. orig. in Fung. rhen. editis a cl. Briosi benevole comm.).

Perithecia gregaria, minuta $^1/_5$-$^1/_4$ mm. d. (non 1 mm. ut in Fuck. l. c.) asci 65-70 ≈ 10-12; sporidia 12-15 ≈ 5, diu uniseptata.

Metasphaeria culmifida (Karst.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 674. *Leptosphaeria culmifida* Karst. Myc. Fenn. II, p. 103.

Hab. in culmis Phlaei pratensis *in* « Fennia ». (**Tab. CXXXVII, fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Karst. benevole comm.).

Perithecia sparsa, $^1/_5$ mm. d.; asci 60-70 ≈ 12-14; sporidia 20-22 ≈ 6-8, nubiloso-hyalina.

Met. culmifida forma **Poae** (Niessl) Berl. *Leptosphaeria Poae* Niessl in Rehm Ascom. n. 643, in Hedw. 1882, p. 83. Winter Pilze II, p. 446 Rabenh.-Winter F. Eur. n. 2854. *Metasph. Poae* Sacc. l. c. p. 175.

Hab. in culmis Poae nemoralis *prope* « Brünn Germaniae ». (**Tab. CXXXVII, fig. 3.** — Ex specim. orig. in Rab. Wint. l. c.).

Perithecia sparsa $^1/_5$ mm. d.; apice penicillo setularum minuto ornata; asci 85-95 ≈ 14-16; sporidia 24-26 ≈ 6.

Metasphaeria Vincae (Fr.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 171. *Sphaeria Vincae* Fr. in Duby Bot. Sall. II, p. 709. *Sphaerella Vincae* Auersw. Myc. Eur. p. 10, fig. 49 (immat.) Sacc. Myc. Ven. Spec. p. 209. *Leptosphaeria Vincae* Sacc. Fungi it. tab. 490, Winter Pilze II, p. 488.

Hab. in foliis emortuis Vincae minoris *in* « Germania, Gallia, Suecia *et* Italia ». (**Tab. CXXXVII, fig. 4**. — Ex specim. italicis in Herb. Sacc.).

Perithecia sparsa, minuta, prominula, $^1/_5$ mm. d.; asci 42-52 ≈ 8-10; sporidia 15-18 ≈ 3 $^1/_2$-4.

Metasphaeria Thwaitesii (B. et C.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 161. *Sphaeria Thwaitesii* B. et Br. Not. Brit. Fungi n. 646, t. II, fig. 32. Rab. F. Eur. a 750.

Hab. in caulibus Umbelliferarum « Bristol Britanniae » *in* « Belgio *et* Am. bor. ». (**Tab. CXXXVIII, fig. I**. — Ex specim. orig. a cl. Pirotta et Cooke benevole comm.).

Perithecia sparsa, mycelio subaerugineo matricem penetrante, delicato cincta; asci 80–90 ≈ 12–14; sporidia 16-18 ≈ 5-6, semper pseudo-triseptata visa.

Affinis *Melomastiae Friesii*, a qua in primis sporidiis quadrinucleatis differt. An hujus generis?

Metasphaeria Panicorum (Cooke) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 175. *Sphaerella panicum* Cooke in Grev. V, p. 153.

Gab. in foliis exsiccatis Panicorum « Carolina austr. Amer. bor. ». (**Tab. CXXXVIII, fig. 2**. — Ex specim. orig. a cl. Cooke benevole comm.).

Perithecia 2-3 congesta, minuta, 120-150 μ. d.; asci 40-45 ≈ 8; sporidia 12-14 ≈ 3, et quam cl. Cooke opinatur multo minora (Cfr. Grevillea et Syll. l. l. c. c.).

Metasphaeria Luzulae (Wint.) Berl. *Leptosphaeria Luzulae* Winter Hedw. 1872, p. 149, Die Pilze II, p. 450 Sacc. Syll. Pyr. II. p. 67.

Hab. ad folia arida Luzulae maximae, *prope* « Seis Tyroliae ». (**Tab. CXXXVIII, fig. 3**. — Ex specim. orig. a cl. I. Urban Musaei berolinensi benevole comm.).

Perithecia epiphylla, 160-180 μ. d., sparsa vel congregata; asci 55-65 ≈ 9-11; sporidia 18-20 ≈ 4, primo biconoidea, dein pseudo-triseptata, hyalinula h. e. vix virescentia, sed haud colorata ut in *Leptosphaeria*.

Metasphaeria Cyparissi Pass. Diagn. Funghi Nuovi I, n. 62. Sacc. Suppl. Tot. Syll. I, p. 837.

Hab. in fructibus Cupressi pyramidalis « Tagliano in agro parmensis It. bor. ». (**Tab. CXXXVIII, fig. 4**. — Ex specim. orig. a cl. Passerini benevole comm.).

Perithecia sparsa vel subgregaria, ostiolo crasso $^1/_5$ mm. d.; asci 75-80 ≈ 10-12; sporidia 16-18 ≈ 4-5, hyalina, non rite evoluta et numquam extra ascos visa. Videtur forma immatura. An ad *Lophiotrema vagab.* adscribenda?

Metasphaeria anarithmoides (S. et S.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 175. *Leptosphaeria anarithmoides* S. et S. Mich. I, p. 395, Fungi It. t. 366.

Hab. in foliis emortuis Graminum « Conegliano It. bor. ». (**Tab. CXXXIX, fig. I**. — Ex specim. orig. a cl. Sacc. benevole comm.).

Perithecia sparsa, $^1/_7$-$^1/_5$ mm. d.; asci paraphysati, 80-90 ≈ 15-18; sporidia 20-24 ≈ 6-7, an demum 3-septata?

Metasphaeria ambigua Berl. et Bres Microm. Trid. p. 39. tab. III, fig. 9. Sacc. Suppl. Tot. Syll. I, p. 827.

Hab. in caulibus emortuis Sambuci Ebuli « Val di sole *prope* Trento ». **Tab. CXXXIX, fig. 2**).

Perithecia sparsa demum prominula, asci 100-110 ≈ 12-13; sporidia transverse 1-septato-constricta, eximie biconoidea (an demum 3-5-septata?), muco crasso obvoluta, 27-30 ≈ 5 sine muco, 42-45 ≈ 8-9 cum muco.

Metasphaeria ferulina (Dur. et Mont.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 160. *Sphaeria ferulina* Dur. et Mont. Syll. Crypt. n. 843. Fl. Alg. I, p. 484.

Hab. in caulibus siccis Ferulae communis « Birmandreis Algeriae ». (**Tab. CXXXIX, fig. 3.** — Ex spec. orig. a cl. Hariot Musaei Parisiensis benevole comm.).

Perithecia gregaria, $^1/_3$ mm. d.; asci 80-90 ≈ 8-9; sporidia 17-20 ≈ 4-5, hyalina, in massa vix flavescentia.

Metasphaeria Cumana (Sacc. et Speg.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 177. *Leptosphaeria Cumana* S. et S. Mich. I, p. 394, Fungi It. tab. 327. *Sphaeria Cumana* Cooke Grev. 1880, p. 30.

Hab. in foliis emortuis Caricum « Conegliano It. bor. *et in* Britannia ». (**Tab. CXL, fig. I.** — Ex specim. orig. a cl. Sacc. benevole comm.).

Perithecia laxe seriata, innata, vix erumpentia, globoso-depressa, $^1/_4$-$^1/_5$ mm. d.; asci 45-55 ≈ 8-9; sporidia 16-18 ≈ 4. Species, ut videtur non perfecte evoluta, et sporidiis pallidissime luteolis gaudens. Si demum sporidia saturatiora fiunt, species a *Leptosphaeria eustoma f. apogone* vero distincta?

Met. Cumana var. **Luzulina** Karst. in Hedw. 1884, n. 1, p. 5 et Rev. atque Syn. Ascom. fenn. p. 44. Sacc. Suppl. Un. Syll. I, p. 841.

Hab. in foliis emortuis Luzulae pilosae « Mustiala Fenniae ». (**Tab. CXL, fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Karsten benevole comm.).

Perithecia hypophylla, sparsa vel subgregaria, $^1/_4$-$^1/_3$ mm. diam.; asci 65-75 ≈ 10-12; sporidia 22-24 ≈ 4-5, dilutissime chlorina. Cum typo ad *Leptosphaeriam eustomam* adpropinquat, in primis forma, colore et fabrica sporidiorum.

Metasphaeria Empetri (Fr. p. p.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 171. *Sphaeria Empetri* Fr. Syst. Myc. II, p. 522 p. p.?? Fuck. Sym. Myc. App. II, p. 18. Fungi rhen. n. 2648.

Hab. in pagina superiore foliorum Empetri nigri *in* « Helvetia, Germania, Italia ». (**Tab. CXL, fig. 3.** — Ex specim. Fuckelianis in Fungis rhenanis l. c.).

Perithecia sparsa, lentiformia, 300 μ. diam.; asci 80-90 ≈ 10-12; sporidia 16-18 ≈ 8.

Metasphaeria Brachypodii (Pass.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 176. *Leptosphaeria Brachypodii* Pass. in Hedw. 1878, p. 45. Winter Pilze II, p. 447, Kunze Fungi sel. n. 578, Rabenh. Fungi eur. n. 2334, Thuemen Myc. Un. n. 2159.

Hab. in foliis emortuis Brachypodii *in* « Italia boreali *et* Germania ». (**Tab. CXL. fig. 4**. — Ex specim. Winterianis in Thuem. l. c.).

Perithecia sparsa, minuta 170-200 μ. d.; asci 75-85 ≈ 12-14; sporidia 22-24 ≈ 7, diu biconoidea, uniseptata, dein plasmate 4-partito. An demum 3-septata ?

Metasphaeria helicicola (Desm.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 109. *Sphaeria helicicola* Desm. 16 Not. 1849, p. 30. *Leptosph. helicicola* Niessl. Beitr. p. 25, tab. III, fig. 18.

Hab. in foliis siccis Hederae Helicis *in* « Gallia, Italia, Germania, Belgio *et* Am. bor. ». (**Tab. CXLI, fig. I**. — Ex specim. orig. a cl. Hariot Musaei Parisiensis benevole comm. cum aliis e regionibus variis comparatis.).

Perithecia dense sparsa, 130-150 μ. diam.; asci 70-80 ≈ 12-14; sporidia 18-20 ≈ 4-5, primo biconoidea dein pseudo-triseptata, halone mucoso cincta, demum ad septa constrictula.

Metasphaeria pampinea Sacc. Syll. Pyr. II, p. 164. *Leptosphaeria pampinea* Sacc. in Rev. Myc. IV, p. 2, nec *Sphaeria Pampini* Thuem.

Hab. in sarmentis Vitis « Auxerre Galliae ». (**Tab. CXLI, fig. 2**. — Ex adumbratione a cl. Paoletti accepta, qui specimina originalia, ut eam conficeret, examinavit).

Perithecia subcutanea, gregaria, 75-85 μ. diam.; asci 36-40 ≈ 7-8; sporidia 12-14 ≈ 3-5.

Metasphaeria Cassiopes Rost. Fungi Groenl. p. 561. Sacc. Suppl. Syll. I, p. 832.

Hab. in foliis exsiccatis Cassiopes tetragonae, socia *Leptosphaeria inconspicua* (Rost.) Berl. *in* « Groenlandia ». **Tab. CXLI, fig. 3**. — Ex specim. orig. a cl. Rostrup benevole comm.).

Perithecia sparsa, semiimmersa, minuta; asci 35-40 ≈ 8-10; sporidia 12-15 ≈ 5, hyalina.

Metasphaeria clypeosphaerioides Bomm. Rouss. et Sacc. Suppl. Syll. I, p. 832.

Hab. in sarmentis Rubi fruticosi « Groenendael Belgii ». (**Tab. CXLII, fig. I**. — Adumbrationem mihi misit cl. Paoletti, qui specimen originalem ad eam conficiendam examinavit).

Perithecia dense gregaria, globulosa, 300 μ. diam.; epidermide atratâ, fissâ tecta; asci 60-70 ≈ 6-8; sporidia 9-11 ≈ 3-4. Habitus *Clypeosphaeriae*.

Metasphaeria sepincola (B. et Br.) Sacc. Syll. Pyr. Vol. II, p. 164. p. p.; Brunaud Contr. Fl. Myc. Ouest. Pyren. p. 163 p. p.; Berlese Fungi Moricolae fasc. IV n. 4 tab. XXXI, fig. 6-9, Int. ad Alc. Spec. poco note del gen. *Le-*

ptosphaeria p. 14, Pug. fungi Fiorent. p. 14. *Sphaeria sepincola* Berkeley et Broome Not. of. Brit. Fungi in Ann. and Mag. Nat. Hist. n. 636 t. II, fig. 21. (non *Sph. sepincola* Fries.) Fuck. Symb. myc. p. 114 et App. II, p. 22. *Sphaeria fuscella* Sacc. Myc. Ven. Spec. p. 97 p. p. tab. IX, fig. 39, 43, 44, 45, Fungi Veneti Ser. I, p. 276 p. p. *Leptosphaeria vagabunda* Sacc. Fungi Ven. Novi v. critici Ser. II, p. 318 p. p. et Syll. Pyr. II, p. 31 p. p. Bizzozero Flora Ven. Critt. P. I, p. 245 p. p. Winter Pilze Band II, p. 465 p. p. *Massaria Rubi?* Fuck. Symb. Myc. App. I, p. 303. *Massarina Rubi?* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 155. *Massaria Winteri* Rhem in Hedw. 1883, p. 60, Winter Pilze II, p. 542. Sacc. Supp. Syll. I, p. 759.

Hab. in ramis Rubi, Carpini, Vitalbae, Crataegi, Corni, Coryli, Spireae *nec non in caulibus nonnullarum plantarum in* « Italia bor. Gallia *et* Germania ». (**Tab. CXLII, fig. 2.** — Ex specim. florentinis cum aliis multis comp.).

Perithecia sparsa vel leniter gregaria, 150-200 μ. diam.; asci 65-75 ≈ 12-14; sporidia 18-20 ≈ 4-6 initio septo medio tantum visibili (diaporthoideis) dein pseudo-triseptatis.

Metasphaeria sepincola var. **Aquilegiae** Berl. et Bres. Micr. Trident. p. 39. *M. Aquilegiae* Bres. Rev. Myc. 1890, p. 185. Sacc. Supp. Tot. Syll. I, p. 827.

Hab. in caulibus emortuis Aquilegiae vulgaris *prope* « Trento » *et prope* « Leutschau Hungariae ».

Perithecia minuta, conoideo-depressa, dein collapsa 130-150 m. diam., sparsa; asci 50-70 ≈ 7-9; sporidia quam in typo minora, nempe 15-16 ≈ 3-3, 5 triseptata, hyalina, guttulata, parte superiori conoidea, crassiori.

Metasphaeria dealbata Berl. n. sp.

Hab. in ramis fracidis decorticatis « Frant, Sussex. Britanniae ». (**Tab. CXLII, fig. 3**).

Perithecia subsparsa, maculis dealbatis insidentia, $^1/_3$ mm. d.; contextu molli, olivaceo; asci 80-90 ≈ 10; sporidia etiam disticha sed saepius monosticha, 16-20 ≈ 7.

Speciem hanc in speciminibus orig. *Zignoellae dealbatae* et pro specie hac inveni. Sporidiorum forma *Met trichostomam* in mentem revocat sed ab ea in primis differt ostiolo non setoso, sporidiis 3-septatis minoribusque. A *Zignoellis* peritheciis membranosis, tectis distat.

Metasphaeria saprophila (Rehm) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 172. *Leptosphaeria saprophila* Rehm in Hedw. 1882, p. 121.

Hab. ad baccas putrescentes Juniperi nanae *prope* « Küthai alpium Tyrolensium ». (**Tab. CXLII, fig. 4.** — Ex specim. orig. a cl. Rehm benevole comm.).

Perithecia gregaria, $^1/_5$-$^1/_4$ mm. d.; asci 60-70 ≈ 12-15; sporidia 18-22 ≈ 6-7.

Metasphaeria neglecta (Niessl) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 173, (non Rostr.).

Leptosphaeria neglecta Niessl. Beitr. p. 25, tab. VII, fig. 22, Winter Pilze II, p. 445.

Hab. in foliis siccis Graminum *prope* «Bozen Tyroliae». (**Tab. CXLIII, fig. I.** — Ex Beitr. l. c.).

Perithecia sparsa, 170 μ. d.; asci 84-90 ≈ 50-58; sporidia 33-11. Sec. cl. Niessl sporidia sunt medio septata et paulo constricta, utrinque minute apiculata, utraque parte bicellulari sed septulo haud bene manifesto; haud raro sunt bilocularia vel parte una tantum bicellulari. Specimina a cl. Rostrup missa potius ad *Pleosporam (Cathar.)* pertinent, nam sporidia sat frequens septulo longitudinali gaudent.

Metasphaeria distributa (C. et Ell.) Berl. *Sphaeria distributa* C. et E. Grev. VII, p. 41. *Leptosphaeria distributa* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 18. *Metasphaeria Müggenburgi* Sacc. Syll. Pyr. II. p. 164, *Cucurbitaria Vitis* Schulz. Myk. Beitr. p. 643, Pirotta F. Vit. p. 44.

Hab. in caulibus Desmodii «New Jersey Amer. bor.» *et in sarmentis* Vitis viniferae *in* «Austria». (**Tab. CXLIII, fig. 2.** — Ex specim. orig. *Met. distributae* cum iis *M. Müggenburgi,* a claro Passerini collectis, minute comparatis.

Perithecia sparsa vel gregaria, 1/3 mm. d.; asci 70-80 ≈ 12-14; sporidia muco obvoluta, biconoidea, 24-28 ≈ 6-8, (sine muco) hyalina.

Metasphaeria socia Sacc. Syll. Pyr. II, p. 165. *Leptosphaeria socia* Sacc. Mich. II, p. 533.

Hab. in sarmentis subvivis sed dealbatis Vitis viniferae *prope* «Padova It. bor.», *socia Metasphaeria chaetostoma.* (**Tab. CXLIII, fig. 3.** — Ex adumbratione a cl. Paoletti mihi missa et speciminibus originalibus extracta).

Perithecia gregaria, minuta, 120-150 μ. diam.; asci 70-80 ≈ 7-8; sporidia 18-20 ≈ 3-3,5.

Metasphaeria Arabidis Johans. Svamp. Island. p. 167, tab. XXIX, fig. 11. Sacc. Suppl. Syll. I, p. 830, Rostrup. Fungi Groenl. p. 560.

Hab. in foliis emortuis Arabidis Alpinae «Eskifjördur Islandiae *et* Kerortusok Groenlandiae» (**Tab. CXLIII, fig. 4.** — Ex specimine a cl. Rostrup benevole comm.).

Perithecia sparsa vel gregaria, depresse globosa, poro rotundo pertusa, 180-200 μ. diam.; asci 52-60 ≈ 10-12; sporidia distincte triseptata, vix flavescentia, 22-25 ≈ 4-5.

Sporidiis vix flavescentibus, distincte septatis (haud pseudoseptatis ut in pluribus *Metasphaeriis*) ad *Leptosphaeriam* vertit. Si sporidia plenius evoluta, luteola fiunt, certe species a *Lept. eustomae* varietate quadam vel formâ, haud separanda.

Metasphaeria Coryli Cel. Micr. Montp. p. 34. fig. 5. Sacc. Suppl. Syll. I, pag. 835.

Hab. in ramulis Coryli Avellanae *var.* purpureae «Montpellier Galliae» (**Tab. CXLIV, fig. 1**. — Ex adumbratione celottiana l. c.).

Perithecia subgregaria, minuta, globoso-depressa, ostiolo conico; asci 75-80 ≈ 10-12; sporidia 18-22 ≈ 5-6, hyalina.

Metasphaeria fusariispora (Mont.) Sacc. Syll. II, p. 180. *Sphaeria fusariispora* Mont. Syll. n. 867, et Guy. n. 570, tab. 6, fig. 6.

Hab. in foliis Bambusae «Cayenna» (**Tab. CXLIV, fig. 2**. — Ex specim. orig. a cl. Hariot ex Musaeo parisiensi benevole communic.).

Perithecia epiphylla, 1/3 mm. d., coriacella, rugosa, ostiolo indistincto, irregulari-globosa, depressa; asci paraphysati, 60-70 ≈ 12; sporidia diu uniseptata, dein (ut videtur) triseptata, 20-23 ≈ 4-5, non constricta, hyalina.

Specimina examinata sunt immatura et valde senescentia; sporidia numquam 5-septata vidi, et raro pseudo-triseptata. Si magis evoluta, characteres a cl. Montagne notatos praebeant, mihi dubium.

Metasphaeria rubella (S. et M.) Syll. Pyr. II, p. 167. *Leptosphaeria rubella* Sacc. et Malbr. Mich. II, p. 598.

Hab. ad caules in hortis prope «Rouen Galliae» (**Tab. CXLIV, fig. 3**. — Adumbrationem ex specim. orig. excerpsit cl. Paoletti et mihi benevole communicavit).

Perithecia in matrice cruentato-violacea innato-erumpentia, 300-400 μ. diam.; asci 120-140 ≈ 11-13; sporidia 24-28 ≈ 5,5-6.

Metasphaeria anarithma (B. et Br.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 175. *Sphaeria anarithma* B. et Br. Ann. N. H. n. 893, t. 11, fig. 37, Sacc. Fungi Ven. Ser. V, pag. 175, *Leptosphaeria anarithma* Sacc. Fungi it. tab. 400. *Sphaerella anarithma* Sacc. Syll. Pyr. I, p. 526.

Hab. in foliis exsiccatis Airae caespitosae *et* Sorghi *in* «Britannia *et* Italia». (**Tab. CXLV. fig. 1**. — Ex specim. italicis in Herb. Sacc.).

Perithecia sparsa, minuta, 1/5 mm. d.; asci 90 ≈ 15; sporidia 25-28 ≈ 5-6½.

Specimina originalia, a cl. Cooke et cl. Hariot benevole missa, sterilia inveni, Saccardiana saltem e diagnosi haud dubie ad speciem Berkeleyanam spectant.

Metasphaeria anarithma var. **coccodes** (Karst.) Berl., *Metasphaeria coccodes* Sacc. Syll. Pyr. II, p 175, *Leptosphaeria coccodes* Karst. Myc. Fenn. II, p. 103.

Hab. in culmis Calamagrostidis *vetustis ad* «Mustiala, Fenniae» (**Tab. CXLV, fig. 2**. — Ex specim. orig. a cl. Karsten benevole comm.).

Perithecia in acervulos parvos collecta, 1/5-1/4 mm. d.; asci 95-105 ≈ 8-10, sporidia biconoidea (an demum 3-4-septata, ut cl. Karsten opinatur?) pallidissime viridula, 26-28 ≈ 4-5.

Verisimiliter *Leptosphaeria* immatura. Inter *Metasphaerias* sporidiorum formâ valde affinis *Met. immundae*.

Metasphaeria immunda (Karst.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 170. Karst. Rev. atque Syn. Asc. Fenn. p. 43. *Leptosphaeria immunda* Karst. Myc. Fenn. II, pag. 105.

Hab. in foliis emortuis Populi tremulae «Tammela Fenniae» (**Tab. CVLX, fig. 3.** — Ex specim. orig. a cl. Karsten benevole communic.).

Perithecia sparsa, amphigena, majuscula, rugosula, 300-400 μ. diam.; asci 105-115 ≈ 12-14; sporidia utrinque appendiculigera, 28-32 ≈ 7-8 (sine appendiculis) pseudo-triseptata, (an demum 5-septata?).

Sporidiorum facies *Lophiotrema* in mentem revocat.

Metasphaeria coniformis (Fuck.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 150. *Pleospora coniformis* Fuck. Symb. Myc. p. 136, Fungi rhen. n. 2163. *Sphaeria coniformis* Fries Syst. Myc. II, p. 508? *Leptosphaeria coniformis* Winter Pilze II, p. 469.

Hab. in caulibus emortuis Euphrasiae luteae *prope* «Budenheim Germaniae» (**Tab. CXLVI, fig. 1.** — Ex specim. orig. a cl. Briosi benevole comm.).

Perithecia gregaria, $^1/_3$ mm. d.; asci 95-105 ≈ 12-13; sporidia, 35-37 ≈ 4, pallidissime flava, fere hyalina.

Metasphaeria affini propinqua, a qua differt ascis octosporis sporidiisque paullo minoribus.

Metasphaeria affinis (Karst.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 157. *Leptosphaeria affinis* Karst. Myc. Fenn. II, p. 102.

Hab. in caulibus emortuis Rhinanthi «Mustiala Fenniae» (**Tab. CXLVI, fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Karsten benevole comm.).

Perithecia subgregaria, primo tecta dein libera, $^1/_5$ mm. et amplius diam., nitida; asci 100-110 ≈ 12-14, tetraspori; sporidia 48-50 ≈ 4-6, in senectute lutescentia.

Metasphaeria cafra (Thuem.) Berl. *Leptosphaeria cafra* Thuem. Diagn. Mycoth. Un. n. 32 et Mycoth. univ. n. 351. Sacc. Syll. Pyr. II, p. 82.

Hab. in frondibus vivis Marattiae salicifoliae «*ad* sedem Missionis Evangelicae Maiararam inter Cafros Tambukinos *prope* Basnia *in* terra Cafrorum» (**Tab. CXLVII, fig. 1.** — Ex specim. orig. ex Thuem. l. c.).

Perithecia in soros plus minusve orbiculares dense collecta, $^1/_6$–$^1/_5$ mm. d., superficialia, asci 50-60 ≈ 12-14; sporidia 27-30 ≈ 4-5, primo uniseptata dein parte superiori et demum quoque inferiori, pluriseptata (numquam 5-7-septata ut in Thuem. l. c.), hyalina.

Vix *Metasphaeria*. An genus novum?

Metasphaeria punctulata Ell. et Ev. Journ. Myc. IV, pag. 76, North Am. Pyr. p. 387, Sacc. Suppl. Syll. I, p. 833.

Hab. in culmis emortuis Panici Curtisii «St. Martinsville, Louisiana Am. bor.». (**Tab. CXLVII, fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Ellis benevole comm.).

Perithecia sparsa vel seriatim disposita, $^1/_4$–$^1/_3$ mm. d.; asci 85-100 ≈ 18-22; sporidia 40-42 ≈ 6-8, subhyalina, hoc est pallidissime lutescentia.

Metasphaeria Fontanesiae Pass. Diagn. Funghi nuovi I, n. 60, Sacc. Suppl. Tot. Syll. I, p. 832.

Hab. in ramulis siccis Fontanesiae phyllireoidis *in* «Horto botanico parmensi Ital. bor.» (**Tab. CXLVIII, fig. 1**. — Ex specim. orig. a cl. Passerini benevole comm.).

Perithecia crebre sparsa, minuta, $^1/_4$ mm. d., ostiolo latiusculo aperta; asci 90–100 ≈ 8–10; sporidia 22–24 ≈ 5–6, hyalinula.

Potius forma *Lophiotrematis vagabundi*.

Metasphaeria Galiorum (R. et D.) Sacc. Syll. Pyr. II, pag. 161, *Sphaeria Galiorum* Rob. et Desm. 13 Not. 1846, pag. 77, Desm. Pl. Crypt. Fr. n. 1785.

Hab. in caulibus emortuis Galii Aparines, G. cruciatae *et* G. Molluginis *in* Gallia». (**Tab. CXLVIII, fig. 2**. — Ex specim. a cl. Roumeguère missis cum originalibus, quae parum immatura inveni, comparatis).

Perithecia sparsa, $^1/_3$ mm. d.; asci 90–100 ≈ 11–14; sporidia 26–30 ≈ 6–7, nubilosa.

Metasphaeria complanata (Tode) Sacc. Syll. Pyr. II, pag, 161. *Sphaeria complan.* Tode Mekl. f. 88. Fr. Syst. Myc. II, p. 508. *Lept. comp.* De Not. Sch. Ifer. It. p. 62.

Hab. in caulibus herbaceis in Britannia, Gallia, Carolina inf. **Tab. CXLVIII, fig. 3**. — Ex spec. Gallicis in *Chaerophyllo hirsuto* a cl. Morthier lectis.

Perithecia sparsa vel laxe gregaria, usque $^1/_2$ mm. diam.; asci 90–100 ≈ 8–10; sporidia 28–33 ≈ 4–5$^1/_2$, in asco pallide luteola.

Inter *Leptosph.* et *Metasph.* media.

Metasphaeria Lathyri Sacc. Syll. Pyr. II, p. 157. *Leptosphaeria Lathyri* Sacc. Myc. Ven. Spec. p. 106, tab. X, fig. 28–30, Fungi ital. tab. 512.

Hab. in caule emortuo dejecto Lathyri silvestris *in silva* «Montello Ital. bor.». (**Tab. CXLIX, fig. 1**. — Ex Sacc. Fungi it. l. c.).

Perithecia minuta, $^1/_6$ mm. d.; asci 80 ≈ 8; sporidia 30 ≈ 4, hyalina.

Metasphaeria subcutanea (C. et Ell.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 165, *Sphaeria subcutanea* C. et Ell. in Grev. VII, p. 41.

Hab. in ramis fere decorticatis Piri «New Jersey Amer. bor.». (**Tab. CXLIX, fig. 2**. — Ex specim. orig. a cl. Ellis benevole comm.).

Perithecia sparsa, $^1/_4$ mm. d.; asci 80–90 ≈ 8–10; sporidia 26–30 ≈ 4–5, Videtur non bene evoluta.

Metasphaeria Hederae (Sow ?) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 169. *Sphaeria Hederae* Sow. tab. 371, fig. 5, Sacc. Myc. Ven. 96, tab. IX, fig. 33–36, Oud. Mat. Myc. Neerl. II, p. 65, tab. XVI, fig. 7? (sub *Sphaerella*).

Hab. in utraque pagina (sed praecipue in superiori) foliorum Hederae, Helicis *in* «Britannia, Italia, Belgio, Suecia, Hollandia». (**Tab. CXLIX, fig. 3**. — Ex specim. italicis in Herb. Sacc.).

Perithecia in macula arescente, distincte brunneo-marginata, praecipue in pagina superiori gregaria, minuta 100-120 μ. d.; asci 60-70 ≈ 10-12; sporidia 18-20 ≈ 5-7.

Affinis *Met. helicicolae,* a qua differt in primis peritheciis maculas occupantibus.

Verisimiliter species haec cum *Met. helicicola* ab auctoribus nonnullis confusa est, nam pluribus locis dicitur speciem hanc *paginam inferiorem foliorum dejectorum et putrescentium* occupare. Ego (saltem in speciminibus italicis) perithecia inveni in macula arescente (cfr. Iconem) brunneo-circumscripta, et in pagina superiore foliorum, rarius in inferiore. Folia vero non putrescentia neque dejecta videntur, nam adhuc viridem colorem (maculis exceptis) servant.

Metasphaeria palmetta (Cooke) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 177, Ell. et Ev. North Am. Pyr. p. 386. *Sphaeria Palmetta* Cooke Grev. VII, p. 53, Fungi Brit. exsicc. n. 361.

Hab. in Sabaal (Palma) « Darien Georgiae Am. bor. ». (**Tab. CL, fig. 4.** — Ex specim. orig. in Cooke l. c.).

Perithecia sparsa, 1/3 mm. d.; asci 70-80 ≈ 14-16; sporidia 22-25 ≈ 7, halone submembranaceo, crasso cincta.

Metasphaeria chaetostoma Sacc. Syll. Pyr. Vol. II, p. 165, *Leptosphaeria chaetostoma* Sacc. Mich. II, p. 533.

Hab. in sarmentis subvivis sed fere exalbatis Vitis Viniferae *circa* « Padova It. bor. » *cum Metasphaeria socia* (**Tab. CL, fig. 2.** — Adumbrationem mihi misit cl. Paoletti qui specimina originalia examinavit).

Perithecia gregaria, 150-200 μ. diam., ostiolo setoso instructa; setae 38-45 ≈ 3; asci 100 ≈ 14; sporidia 22-25 ≈ 5,5-6.

Metasphaeria Xerophylli (Ellis) Sacc. Suppl. Syll. I, p. 829. *Leptosphaeria Xerophylli* Ellis Amer. Nat. 1883, p. 316, Ellis et Ev. North Am. Pyr. p. 373.

Hab. in foliis Xerophylli Asphodeloidis « Wilow Grove Am. bor. » (**Tab. CL, fig. 3.** Ex specim. orig. in Ellis North Am. Fungi exsicc. n. 1340).

Perithecia semiimmersa, parva, 150 μ. diam.; asci 60-70 ≈ 12-16; sporidia 20-24 ≈ 6-7,5, hyalina.

Metasphaeria Fiedlaeri (Niessl) Sacc. Syll. Pyr II, p. 165. *Leptosphaeria Fiedlaeri* Sacc. Mich. I, p. 39, Fungi it. tab. 289, *Cryptospora Fiedlaeri* Niessl in Hedw. 1874, p. 42.

Hab. in ramulis Corni sanguineae « Voitsberg Styriae *et* Conegliano Ital. bor. ». (**Tab. CLI, fig. I.** — Ex specim. Saccardianis).

Perithecia semiimmersa, epidermide tecta dein semilibera, coriaceo-carbonacea; asci 100-110 ≈ 18; sporidia 26-32 ≈ 6-7,5.

Metasphaeria helvetica Sacc. et Berl. Misc. Myc. II, p. 19, n. 84, tab. X, fig. 22, Sacc. Suppl. Syll. I, p. 834.

Hab. in ramulis Lonicerae Xylostei *prope* «Neuchâtel Helvetiae» (**Tab. CLI, fig. 2**).

Perithecia gregaria, $^1/_4$-$^1/_3$ mm. d.; asci 100-110 ≈ 15-18; sporidia 25-28 ≈ 7-9, diu hyalina demum (senescendo) vix nubiloso-luteola.

Inter *Leptosphaeriam* et *Metasph.* fere media, sed aptius huic adscribenda.

Metasphaeria nobilis Sacc. Syll. Pyr. II, p. 169. *Leptosphaeria nobilis* Sacc. Fungi Ven. Ser. II, p. 312, Fungi it. tab. 260.

Hab. in foliis Lauri nobilis *prope* «Treviso Ital. bor. *et* Coimbra Lusitaniae». (**Tab. CLI, fig. 3**. — Ex Sacc. Fungi it. l. c.).

Maculae epiphyllae, albidae, sinuosae, fuligineo-marginatae; perithecia remote sparsa, 90-100 μ. diam.; asci 90-100 ≈ 10-11; sporidia 20-22 ≈ 6-7.

Affinis *Met. Cynaracear.* et *Met. rupicola.*

Metasphaeria rupicola Sacc. Fungi it. tab. 282, Syll. Pyr. II, p. 157. *Leptosphaeria scotophila* f. *Aconiti* Sacc. Fungi Ven. Ser. II, p. 317.

Hab. in caulibus emortuis Aconiti Napelli *in silva* «Cansiglio Ital. bor.» (**Tab. CLII. fig. I**. — Ex Sacc. Fungi it. l. c.).

Perithecia subsparsa $^1/_8$-$^1/_6$ mm. d.; asci 70-80 ≈ 15; sporidia 25-26 ≈ 6-7.

Affinis *Metasphaeriae nobili* et *Met. Cynaracearum*. A *Met. scotophila* (quae ex investigatione speciminum originalium ad *Diaporthem* transtuli) diversa.

Metasphaeria Cynaracearum (Niessl) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 170. *Leptosphaeria Cynaracearum* Auersw. et Niessl Beitr. p. 24, tab. IV, fig. 25.

Hab. in foliis siccis Carlinae acaulis *prope* «Brünn Moraviae» (**Tab. CLIIi fig. 2**. — Ex Niessl Beitr. l. c.).

Perithecia sparsa, exigua, erumpentia, 150 μ. diam.; asci 138 ≈ 17-23; sporidia 20-24 ≈ 6-7.

Metasphaeria macrotheca Rostr. Fungi Groenl. p. 561, Sacc. Suppl. Syll. I, p. 842.

Hab. in foliis siccis Caricis hyperboreae *et* C. rigidae *in* «Groenlandia» (**Tab. CLII, fig. 3**. — Ex specim. orig. a cl. Rostrup benevole comm.).

Perithecia subsparsa, $^1/_5$ mm. d., globosa globosove-depressa; asci 115-125 ≈ 40-55, paraphysati; sporidia 35-40 ≈ 14-16, halone mucoso crasso obvoluta, hyalina.

Ob ascorum formam, sporidiorum faciem atque dispositionem, ad *Sphaerulinam* vergit, sed paraphyses *Metasphaeriam* designant. Certe inter genera haec pauca sunt discrimina, nam in nonnullis speciebus *Sphaerulinae* (majoribus) asci non sunt roseolati, et verisimiliter paraphyses evanescunt.

Metasphaeria Scirpi Berl. *Leptosphaeria vagans* f. *Scirpi* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 59.

Hab. in calamis putrescentibus Scirpi lacustris *in* «Spetsbergia» *et* «Gallia» (**Tab. CLIII, fig. I**. — Ex specim. orig. a cl. Saccardo benevole communic).

Perithecia sparsa vel gregaria, globosa vel globoso-depressa, diu tecta, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 110-120 ≈ 28-30; sporidia 40-44 ≈ 10-12, hyalina.

Metasphaeria marina (Ell. et Ev.) Berl. *Leptosphaeria marina* Ell. et Ev. in Journ. of Myc. 1885, p. 43, North Amer. Pyr. p. 372, Sacc. Suppl. Syll. I, pag. 789.

Hab. in culmis emortuis Spartinae «Cape May Amer. bor.». (**Tab. CLIII. fig. 2**. — Ex specim. orig. a cl. Ellis benevole comm.).

Perithecia irregulariter sparsa, $^2/_3$-$^3/_4$ mm. d.; asci 150-170 ≈ 20-26; sporidia 58-65 ≈ 10-12, subhyalina, h. e. dilutissime (vix conspicue) flavescentia.

Certe *Metasphaeria*. Pulchra species *Met. Scirpi* affinis sed major.

Metasphaeria inulina (Dur. et Mont.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 162, *Sphaeria inulina* Dur. et Mont. Syll. Crypt. n. 825, Fl. Alg. p. 529.

Hab. in caulibus exsiccatis Inulinae viscosae «Algeria» (**Tab. CLIV, fig. I.** — Ex specim. orig. a cl. Hariot Musaei Parisiensis benevole commun.).

Perithecia gregaria vel subsparsa, $^1/_4$ mm. d.; asci 65-75 ≈ 12-14; sporidia 18-22 ≈ 6-8. Affinis *Massarinae*.

Metasphaeria squamata (C. et Ell.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 167. *Sphaeria squamata* C. et Ell. Grev. VII, p. 10.

Hab. in ramis Abietis «New Jersey Amer. bor.». (**Tab. CLIV, fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl. Cooke benevole comm.).

Perithecia sparsa, $^1/_4$ mm. d.; asci 60-70 ≈ 20-24, paraphysati; sporidia 32-34 ≈ 8.

Metasphaeria papulosa (Dur. et Mont.) Sacc. Syll. Pyr. II. p. 168. *Sphaeria papulosa* Dur. et Mont. Syll. n. 870 et Fl. Alg. I, p. 536. *Met. papulosa* f. *viridarii* Sacc. F. Rom. n. 27, f. 4. Suppl. Tot. Syll. I, p. 838 *Metasphaeria Janiculi* Pass. Diagn. F. N. I, n. 58, Sacc. l. c. p. 838.

Hab. in foliis semicorruptis Citri, Hederae *et* Smilacis mauritanicae *in* «Algeria» *et* Evonymi japonici «Roma It. mediae». (**Tab. CLIV, fig. 3.** — Ex specim. orig. in *Citro* a cl. Hariot Musaei Parisiensis benevole comm. cum iis orig. *M. Janiculi* comparatis. Forma *vidarii* non mihi videtur a typo distincta.

Perithecia innata 150 μ. d.; asci 60-70 ≈ 12; sporidia 20-22 ≈ 5.

Formae sequentes, anterius ut species distinctae servatae, inter sese, et a typo, saepe tam paullo differunt, ut separatio quaedam subinde valde ardua sit.

Metasphaeria papulosa f. **Marcucciana** *Massaria Marcucciana* Auersw. et Rab. Fungi Eur. n. 2665 (absque diagnosi) *Massarina Marcucc.* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 155.

Hab. ad culmos Ampelodesmi tenacis (?) «Alghero Sardiniae» (**Tab. CLV, fig. I.** — Ex specim. orig in Rab. l. c.).

Perithecia subsparsa, epidermide tecta, membranacea, $^1/_4$-$^1/_5$ mm. d.; asci 48-55 ≈ 14-18; sporidia 16-20 ≈ 6-7.

Metasphaeria papulosa f. **calamina** (D. et M.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 173,

Sphaeria calamina Dur. et Mont. Syll. n. 851, Fl. Alg. p. 532. *Leptosphaeria spatharum* Ces. in Rab. F. Eur. n. 2530. *Metasph. spatharum* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 179. Bacc. ed Av. Contr. Mic. Rom. p. 13.

Hab. in culmis Arundinis mauritanicae «Bouzaréah Algeriae» et in *spathis* Chamaeropis excelsae *in* Horto botanico Neapolitano *et* Chamaer. humilis «Villa Corsini, Romae Ital. mediae». (**Tab. CLV, fig. 2**. — Ex specim. orig. a cl. Hariot Musaei Botan. Paris. benevole missis).

Perithecia sparsa, minuta, $^1/_5$ mm. d., globoso-conoidea, papillata; asci 65-75 ≈ 14-16; sporidia 18-20 ≈ 8-9.

Metasphaeria papulosa forma **epipteridea** (Cooke et Harkn.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 183 (ut species), Ellis et Ev. North Am. Pyr. p. 390, *Sphaeria epipteridea* C. et H. in Grevillea 1880, p. 8.

Hab. in stipitibus siccis Pteridis aquilinae «California Amer. bor.» (**Tab. CLV, fig. 3**. — Ex specim. orig. a cl. Cooke benevole comm.).

Perithecia tecta, erumpentia, semiimmersa vel fere superficialia, $^1/_4$ mm. d.; asci 50-60 ≈ 11-13; sporidia 16-19 ≈ 6-7.

A typo vix differt peritheciis subinde fere superficialibus et sporidiis paullo minoribus.

Metasphaeria papulosa forma **Debeauxii** (S. et R.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 182 (ut spec.), *Leptosphaeria Debeauxii* Sacc. et Roum. Mich. II, p. 318, *Metasphaeria pinnarum* (Pass.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 179 (ut species), *Leptosphaeria pinnarum* Pass. Microm. it. n. 8.

Hab. ad pinnas fracidas Phoenicis dactyliferae *in* Liguria (Bordighera) It. bor. *et in costa foliorum* Chamaeropis humilis *circa* «Oran Algeria». (**Tab. CLVI, fig. 1**. — Ex specim. orig. *Met. Debeauxii* a cl. Sacc. benevole comm. cum originalibus *Met. pinnarum* comparatis).

Perithecia lineari-seriata, subglobosa, ostiolo nitidulo obtuso; asci oblongi, medio subventricosi, recti, 53-55 ≈ 10; sporidia disticha, fusiformia recta, 4-septata, loculo intermedio paullo crassiore, hyalina, 17-18 ≈ 5.

Formam hanc in tabulis non delineavimus.

Metasphaeria papulosa forma **anisometra** (C. et H.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 163 (ut sp.), Berl. Roum. et F. Sacc. Fungi Lusit. II, in Rev. Myc. 1889, p. 121 (ut sp.), *Sphaeria anisometra* C. et H. in Grev. 1881, p. 86, *Metasph. algeriensis* Sacc. et Berl. in Rev. Myc. 1886, pag. 34. tab. LVII, fig. 3, Sacc. Suppl. Syll. Pars I, p. 827, *Sphaeria peruviana* Cooke Grev. VIII, p. 35, *Metasph. peruviana* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 164, *Metasph. Ferulae* Bacc. et Avetta Contr. Mic. Rom. p. 13, tab. XVI, fig. 4. Sacc. Suppl. tot. Syll. I, p. 829.

Hab. in caulibus ramulisque plantarum variarum e. gr. Cirsii, Mesembryanthemi, Vitis, Menispermi, Mimuli, Lonicerae, Cupressi, Eucalypti, Rubi, Dracaenae, *et in leguminibus* Robiniae *in* «Amer. bor. Algeria *et* Italia». (**Tab.**

CLVI, fig. 2. — Ex specim. orig. in Ellis North Am. Fungi n. 890, in *Cupresso* viventibus cum aliis multis comparatis).

Perithecia gregaria, subinde connata, $^1/_5$ mm. d.; asci 60-70 ≈ 12; sporidia 20-25 ≈ 6-8, inaequaliter biconoidea parte superiori crassiori, tricellulari, inferiori bicellulari.

In specimin. (orig.) in *Eucalypto* viventibus a cl. Cooke benevole comm., tantum inveni *Euchnosphaeriam pinetorum.*

Dimensiones sporidiorum *Metasphaeriae Ferulae* a Baccarini et Avetta (l. l. c c.) expositae, minime veritati respondent, sed paullo inferiores sunt, nam ex speciminibus originalibus, quae examinare mihi licuit, numeros hos excerpsi «sporidia 20-22 ≈ 6-7».

Metasphaeria californica (Cooke et Harkn.) Berl., *Sphaeria californica* Cooke et Harkn. in Grevillea XIII, p. 20, *Leptosphaeria californica* Berl. et Vogl. Addit. Vol. I-IV, Syll. p. 137, Sacc. Suppl. Syll. I, p. 777.

Hab. in ramis et foliis Araucariae imbricatae, Sarothamni, Rhododendri, Evonymi *in* «California». (**Tab CLVI, fig. 3.** — Ex specim. orig. a cl. Cooke copiose communicatis).

Perithecia dense vel densissime gregaria, $^1/_4$-$^1/_3$ mm. d.; asci 75-85 ≈ 15-18, sursum attenuati, basi ventricosi; sporidia 22-25 ≈ 6-7, hyalina (non fusca ut in Cooke et Harkn. ll. cc.).

Valde affinis *Met. papulosae,* cuius fere varietas videtur.

Metasphaeria Caninae Pass. Diagn. Funghi nuovi IV, n. 21. Sacc. Suppl. Tot. Syll. I, p. 832.

Hab. in aculeis Rosae caninae «Vigheffio *prope* Parma Ital. bor.». (**Tab. CLVII, fig. 1.** — Ex specim. orig. a cl. Passerini benevole comm.).

Perithecia sparsa, basi fibrillosa, globoso-depressa, $^1/_4$ mm. d; asci 75-85 ≈ 12-14; sporidia 28-32 ≈ 8-10, hyalina. Ob sporidiorum fabricam *Met. trichostomae* affinis. Exemplaria originalia pauca examen diligens ostioli mihi agere non permiserunt.

Metasphaeria trichostoma (Pass.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 158, Pass. in Erb. critt. It. Ser. II, n. 1466 *Leptosphaeria trichost.* Pass. in Thuem Myc. Univ. n. 1455, *Lept. eburnea* Niessl Hedw. 1881 p. 98, *Met. eburnea* Sacc. Syll. l. c. p. 162. *Sphaeria defodiens* Ellis Bull. Torr. Bot. Club. 1881 p. 90, *Met. defodiens* Sacc. Syll. l. c. p. 181, Ellis et Ever. N. Am. Pyr. p. 389.

Hab. ad caules ramosque aridos Chondrillae junceae et Junci? «Vigheffio» *prope* «Parma It. bor. *in* Germania *et* Iowa New Iersey Amer. bor.». (**Tab. CLVII, fig. 2.** — Ex specim. orig. in Erb. critt. et Myc. Univ. ll. cc.

Perithecia minuta, $^1/_4$ mm. d., apice fasciculo setarum instructa; asci 100-110 ≈ 14-16; sporidia 26-29 ≈ 7-9.

Affinis *Metasph. papulosae* f. *calaminae*, a qua differt in primis ostiolo setoso et sporidiis saepius pseudo-quinqueseptatis. *Met. defodiens*, secundum spe-

cimina authentica, in Ellis North Amer. Fungi edita n. 889, peritheciis ostiolis fasciculo setarum instructis gaudet, qua de re, et propter identicam sporidiorum fabricam magnitudinemque, non ab hac specie, seu *Met. trichostoma*, rite separanda videtur. Matrix vero *Met. defodientis*, sec. cl Ellis, est *Spartium junceum* dum illa *Met. trichostomae*, sec. beat. Passerini, est *Chondrilla juncea* sed plantae haec in sicco valde inter se similes et facile una pro alia sumendae. In sporidiis *Met. defodientis* setulam apicalem non vidi.

Metasphaeria trichostoma var. **xerophilla** Sacc. et Malbr. Fungi Gall. ser. V, p. 2166. Suppl. Syll, I, p. 827 (ut species).

Hab. in caulibus emortuis Silenes Otitis « Rouen Galliae » *et* Lycopridis arvensis *in* « Hollandia ». (Exemplaria in *Lycops*. benevole mihi communic. cl. domina la Destrée). (**Tab. CLVII, fig. 3**. — Ex specim. orig. a cl. Saccardo benevole communic.).

Perithecia sparsa, minuta, $^1/_5$-$^1/_4$ mm. d., ostiolo setoso instructa; asci 85-95 ≈ 14-17; sporidia primo triseptata, dein quadri-et demum quinqueseptata, 24-27 ≈ 6-8, hyalina.

A typo vix differt sporidiis basi paulo acutioribus. An satis?

Metasphaeria stictostoma (B. et C) Berl. *Sphaeria stictostoma* B. et C. Norh Am. Fungi n. 95. *Leptosphaeria stictostoma* Sacc. Syll. Pyr. II, p. 84.

Hab. in caulibus herbarum « Connecticut » Amer bor. ». (**Tab. CLVII, fig. 1**. — Ex specim. orig. a cl. Cooke benevole comm.).

Perithecia sparsa, ostiolo penicillatim setoso, $^1/_3$ mm. d.; asci 65-75 ≈ 12-14; sporidia 20-23 ≈ 6-7.

Affinis *Metasphaeriae trichostomae*, a quas differt sporidiis minoribus, quinqueseptatis. An potius varietas?

Metasphaeria Bellynckii (West.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 179. *Sphaeria Bellynkii* West. Bull. Ac. Bruxell. 1959, VII, n. 44, p. 366, fig. 13. *Pleospora Convallariae* Fuck. Symb. p. 138. *Leptosphaeria Convallariae* Sacc. Mich. I, p. 38, Fungi it. tab. 272. Non *Leptosph. Bellynckii* Winter Pilze II, p. 452 et Thuem. M. Un. n. 1061.

Hab. in caulibus emortuis Convallariae Polygonati, *in* « Belgio, Germania, Helvetia *et* Italia ». (**Tab. CLXII, fig. 2** — Ex specim. italicis a cl. Sacc. benevole comm.).

Perithecia sparsa, minuta 150-200 μ. diam.; asci 65-75 ≈ 10-12; sporidia 25-28 ≈ 4, quadriseptata hyalina.

Specimina Winteriana sporidiis triseptatis pallide luteolis gaudent, quare cum specie Westendorpiana minime congruunt. (Cfr. etiam Winter Pilze l. c.).

Metasphaeria Kali (Fabr.) Sacc. Supp. Tot. Syll. p. 828. *Leptosphaeria Kali* Fabr. Sphèr. Vaucl. II, p. 50, tab. I, fig. 22.

Hab. ad caules aridos Salsolae Kali « Vaucluse Galliae ». (**Tab. CLVIII, fig. 3**. — Ex adumbratione fabreana l. c.).

Perithecia sparsa, globoso-deplanata, epidermide tecta, $^1/_4$-$^1/_3$ mm. d., ostiolo brevi papillulato, erumpente; asci late clavati, brevissime et crasse stipitati, octospori, 100-110 ≈ 15-18; sporidia subdisticha, fusoidea, 4-septata ad septum secundum constrictula, hinc ovoidea illinc conoidea et longiora, 25-30 ≈ 7-8.

Haec species certe affinis *Met. trichostomae* et si ostiolo setoso gaudet ab hac, meo sensu, non rite separanda est. Specimina originalia investigare nequivi.

Metasphaeria Cerletti (Speg.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 167. *Leptosphaeria Cerletti* Speg. Ampel. it. n. 30, tab. XXX. Mich. I, p. 398.

Hab. in sarmentis Vitis cordifoliae « Conegliano Ital. bor. ». (**Tab. CLIX, fig. 1**. — Ex Ampel. it. l. c.).

Perithecia gregaria, ostiolo penicillatim setoso; asci 120-140 ≈ 18-20; sporidia 25-37 ≈ 10.

Adumbrationem spegazzinianam, quamquam rudem, fideliter retuli. Est fortiter dubitandum speciem hanc sporidiis clavatis ostioloque setoso, a *Met. stictostoma* (quae ut forma *M. trichostoma* potius habenda) haud rite separanda sit. Majores videntur sporidia, sed dimensiones Spegazzinianas terque quaterque inveni excedentes.

Metasphaeria gigantaspora (Rehm) Berl. *Massarina gigantospora* Rehm in Voss. Mat. Pilz. Krainz, p. 216, Sacc. Supp. Syll. Pars. I, p. 825.

Hab. in caulibus siccis Genistae sagittalis *prope* « Adelsberg, Carnioliae ». **Tab. CLIX, fig. 2**. — Ex specim. orig. a cl. Rehm benevole comm.).

Perithecia sparsa, in macula dealbata immersa, 300 μ. diam., globoso-depressa, sicca apice collabentia, membranacea; asci pauci 120-130 ≈ 70-75; sporidia 65-70 ≈ 19-22, sine muco (non 8 μ. crass. ut in Syll. l. c.).

Valde affinis, et verisimiliter tantum var. *Met. pachyascae*,quae est *Sphaerul.*

Metasphaeria brunnea (Cooke) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 162. *Pleospora brunnea* Cooke (var.) in Rav. F. Am. exsicc. n. 684.

Hab. in caule Foeniculi « Aiken Carol. Am. bor. ». (**Tab. CLX, fig. 1**. — Ex spec. orig. in Rav, l. c.

Perithecia gregaria 150-180 μ. d.; asci 80-90 ≈ 14-16; sporidia 20-24 ≈ 5-6, perfecte hyalina.

Metasphaeria torulispora Berl. Champ. Frioul. p. 12, tab. IX, fig. 7. Sacc. Suppl. Tot. Syll. I, p. 830.

Hab. in caule exsiccato plantae herbaceae cujusdam « Osoppo agri forojuliensis Ital. bor. ». (**Tab. CLX, fig. 2**).

Perithecia sparsa, primo epidermide tecta, dein emergentia, primo globoso-conoidea dein sursum complanato-collapsa, coriacella, $^1/_2$ mm. diam. ostiolo non setoso; asci 150-160 ≈ 18-20; sporidia 32-35 ≈ 8-10, (sine muco), hyalina, muco obvoluta.

Metasphaeria crassiuscula Sacc. et Briard Florule de l'Aube p. 344.

Hab. in calamis siccis, putrescentibus Junci « Morge - du Mesnil, *prope* Gérosdot Galliae ». (**Tab. CLX, fig. 3.** — Ex specim. orig. a cl. Sacc. benevole comm.).

Perithecia sparsa, $^1/_6$-$^1/_5$ mm. d.; asci 60-70 ≈ 20-24; sporidia 20-24 ≈ 8-9.

Pulchra et ab omnibus facile distinguenda sporidiis ovoideis crebre septatis.

Metasphaeria Caraguatà Speg. Fungi Guar. Pug. I, n. 227. Sacc. Suppl. Syll. I, p. 840.

Hab. ad folia languida Bromeliae serrae (*vulgo* Caraguatà) *in silvaticis prope* « Guarapi Amer. austr. ». (**Tab. CLXI, fig. 1.** — Ex specim. orig. a cl. Hariot benevole comm).

Perithecia in macula brunneola sparsa, ostiolo vix perspicuo, fere astoma 150-180 μ. diam.; asci 55-65 ≈ 10-12; sporidia 25-28 ≈ 5-6.

Metasphaeria scirpina (Wint.) Sacc. Syll. Pyr. II, p. 182. *Leptosphaeria scirpina* Winter Hedw. 1872, p. 148. Die Pilze II, p. 454.

Hab. ad calamos aridos Scirpi lacustris *prope* « Bozen Tyroliae ». (**Tab. CLXI, fig. 2.** — Ex specim orig. a cl. J. Urban Musaei berolinensis benevole communicatis).

Perithecia sparsa, primo epidermide tecta, dein semilibera, $^1/_4$ mm. d.; asci 120-130 ≈ 18-22; sporidia muco obvoluta 28-32 ≈ 8 (sine halone mucoso).

Metasphaeria Roumegueri Sacc. Syll. Pyr. II, p. 181. *Leptosphaeria Roumegueri* Sacc. Mich. II, p. 62 ? *Ampullina rubella* Quél. F. G. n. 288.

Hab. in tela e Phormio *contexta, putri,* « Toulouse Galliae ». (**Tab CLXII, fig. 1.** — Ex specim. orig. a cl. Sacc benevole comm.).

Perithecia erumpenti-superficialia, sparsa vel hinc inde gregaria, $^1/_4$ mm. d.; asci 100-120 ≈ 14-18; sporidia 32-38 ≈ 6-7, strato mucoso obducta.

Affinis *Metasphaeriae hyalosporae* et *M. scirpinae.*

Metasphaeria hyalospora Sacc. Syll. Pyr. II, p 179, Ell. et Ev. N. Am. Pyr. p. 390. *Leptosphaeria hyalospora* Sacc. Fungi Ven. Ser. II, 323, Fungi it. tab. 273.

Hab. in culmis putridis Zeae Maydis, Panicis crusgalli *et* Sabal Palmetto *in* « Italia bor. *et* Amer. septentr. (**Tab. CLXII, fig. 2.** — Ex specim. orig. a cl Sacc. benevole comm. cum Ellisianis compar.).

Perithecia subgregaria, erumpenti–subsuperficialia, ostiolo conico subinde crassiusculo, compresso, fere lophiostomaceo praedita, vix $^1/_2$ mm. d.; asci 90-100 ≈ 12-14; sporidia 28-32 ≈ 6-7, transverse 5-7 (plerumque 6) pseudo-septata, hyalina.

Ad *Lophiostomaceas* ostiolo subinde compresso vertit, et meo sensu ab eis haud rite separanda.

Species dubiae, excludendae vel non examinatae.

Metasphaeria sphaerelloides Pass. Matura sporidiis flavo-virentibus gaudet, quare ad *Leptosph. eustomam* pertinet. (Ex specim. orig.). *Met. grandispora* ostiolis e latere distincte compressis, *Lophiotrema* adscribenda et *Loph. Cadubriae* propinqua. (Ex specim. orig. *Metasphaeria Böhmeriae* (Rab.) Sacc. non vidi *M. Thalictri* (Wint.) Sacc. sporidiis coloratis gaudet, quare ad *Leptosp. pertinet.* (Ex specim. orig.) *Metasph. bitorulosa* (B. et Br) Sacc. In specim. orig. inveni copiose tantum *Didymellam* sporidiis 18-14 ≈ 4-5. An eadem? *Metasph. rustica* (Karst.) Sacc. in specim. orig. inveni fungillum immaturum verisimiliter *Leptosph.* quamdam. *Met. macrospora* (Fuck.) Sacc. Specimina thuemeniana tantum examinavi et ad *Leptosph. Doliolum* pertinere agnovi. *Met. agminalis* (Lèv.) Sacc. Non vidi *Met. Senecionis* (Fuck.) Sacc. Id. *Met. metuloidea* (K. et C.) Sacc. Specim. orig. sterilia inveni. *Met. brachiata* (K. et C.) Sacc. specim. orig. frustra investigavi. *Met. Heliathemi* (Auersw.) Sacc. Non vidi. *Met. scotophila* (Dur. et Mont.) Sacc. sec. specim. orig. est aptius *Diaporthe* sporidiis plasmate raro 4-partito. *Met. bucera* (C. et Ell.) Sacc. Mihi videtur forma juvenilis *Loph. simillimi* quod in specim orig. frequentissime inveni. *Met. Sacculus* (B. et B.) Sacc. Non vidi. *Met. eburnea* (Niessl) Sacc. Id. *Met. dissiliens* (C. et Ell.) Sacc. Est *Leptosph.* sporidiis amoene flaveolis (Ex specim. orig.) *Met. canadensis* (De Not.) Est *Lept. Erigerontis*; sporidia in specim. orig. sunt amoene lutea, 5-septata 40-44 μ. long., plasmate 8-10-partito. *Met. persistens* (B. et Br.) Specim. orig. steril. inveni sed e facie potius ad *Diaporthem* spectant. *Met. sublanosa* (Cooke) Sacc. Est *Lasiosph. Met. depressa* (Fuck.) Sacc. Non. vidi *Met. apiculata* (Wallr.) Sacc. sec. Winter esset *Gnomonia*; in specim. fuckelianis (Fungi rhen. n. 918) nihil inveni nisi *Ascochytae* sp. *Met. Ashwelliana* (Curr.) Sacc. Specim. originalia tempore injuria interciderunt. *Met. staphylina* (Peck.) Sacc. non vidi. *Met. aulica* (C. et E.) Sacc. In specim. orig. *Leptosph. modestam* tantum inveni. *Met. brachyteca* (B. et C.) Sacc. Est *Sphaerulina intermixta* f. *Rosae. Met. scalaris* (Dur. et Mont.) Sacc. est. *Zignoella* (Cfr. Icon. Fung. Fasc. III.) *Met. Acerum* (Criè) Sacc. non vidi *Met. Acuum* (Cooke et Harkn.) Sacc. Id. *Met. Semen* (C. et P.) Sacc. Id. *Met. palustris* (Mont.) Sacc. id. *Met. pachyasca* (Niessl) Sacc. est *Sphaerulina. Met. Peckii* (Speg.) Sacc. est *Sphaerella.* Sporidia semper didyma, guttuligera observavi; asci sunt aparaphysati, roseolati. (Ex specim. orig.) *Met. neglecta* specim. a cl. Rostrup communic. ad *Pleospor.* (Cathar.) spectant, P. Rostrupii vocandam. *Met. discors* (E. et E.) S. est. *Lept.* affinis *L. galiicolae*. *Met. Graminum* Sacc. sporidia sunt viridula, quare species ad *Lept. Ophiopog.* f. *Graminum* pertinet. *Met. Avenae* (Auersw.) Sacc. non vidi. *Met. Cattanei* Sacc. id. *Met. recutita* (Fr.) Sacc. id. *Met. Arundinariae* (Cooke) Sacc. In specim. orig., ex Herb. Parisiensi, sporidia uniseptata inveni. Perithecia vero sunt minutissima, papillata ergo species aptius inter Hyalodidymas ponenda, et haud errore gravi in genere *Stigmatea*. *Met. Carectorum* (R. et C.) Sacc. Non vidi. *Met. Junci* (Oud.) Sacc. id. *Met. iridicola* Sacc. id. *Met. Iridis* (Desm.) Sacc. Specim. orig. a cl. Hariot missa, sterilia inveni, notarisiana vero, ad « Caen » lecta, *Sphaerulinae* adscribenda. *Met. Craterium* (Mont.) Sacc. non vidi. *Met. rachidis* (Pass.) Sacc. id. *Met. sabuletorum* (B. et Br.) Sacc. In specim. orig. *Ascochyt. perforantem* inveni. *Met. Oryzae* (Catt.) Sacc. Non vidi. In specimin. Herb. Musaei Romani, stat. spermgon.inveni. *Met. rimularum* (Cooke) Sacc. In specim. orig., tantum *Scirrhiam* inveni. *Met. puccinioides* (Speg.) Sacc. non vidi. *Met. Debeauxii* (S. et R.) Sacc. id. *Met. Fur* (Ebr.) Sacc. id. *Met. profuga* (Ehr.) Sacc. id. *Met. Lycopodii* (B. et C.) Sacc. id. *Met. Plegmariae* (Ces.) Sacc. id. *Met. Stereocaulorum* (Arn.) Sacc. Specim. orig., a cl. Hariot comm., sterilia inveni. *Met. Psorae* (Anzi) Sacc. non

vidi. *Met Lepidiotae* (Anzi) Sacc. non vidi *Met. cetraricola* (Nyl.) Sacc. Sec. cl. Karsten est *Sphaerulina*. *Met. Lichenis-sordidi* (Mass.) Sacc. Non vidi. Mihi dubia. Sec. Körb. est. lichen, *Met. rothomagensis* (Roum.) est. *Lophiotrema vagabundum* ex specim. orig. *Met. Origani* Mout. non vidi *Met. humulina* (Peck) Sacc. id. *Met. Gei* Rich. id. *Met. primulicola* Pat. id. *Met. depressula* Sacc. et Roum. Est. *Leptoshp. rubicunda;* sporidia sunt flaveola 3-septata, loculo secundo inflatulo. *Met. macrospora* Speg. aptius ad *Sphaerulinam* adscribenda. *Met. cryptospila* (Berl.) Sacc. non vidi sed mihi dubia. *Met. tinctoria.* Pass. Ex specim. orig. nihil eruere potui, inveni tantum, et copiose, *Didymosphaeriam Spartii*. *M. Spartii* Brunaud non vidi. *M. Liriodendri* Pass. id. *M. Robergia* Sculz. et Sacc. id. *M. Massarina* Sacc. est *Calospora* nam perithecia sunt vasoideo-aggregata, minutissima ita ut acervulus totus 3/4 mm. diam. metiatur; sporidia vero subinde loculo e mediis longitudinaliter diviso ad *Hyalodictyas* speciem appropinquant. *Met. Peridermii* Pass. non vidi. *M. cavernosa* (E. et E.) Sacc. id. *M. slavonica* S. et S. id. *M. sarmenticola* Pass. ex specim. orig. nihil eruere potui. *M. Sambuci* Pass. sporidiis luteo-coloratis gaudet et ad *Leptosph. dumetor.* adscribenda. *M. Forsythiae* Pass. specim. orig. sterilia inveni. *Met. constricta* Bres. asci sunt sexdecemspori et sporidia etiam longitudinaliter divisa, quare species ad *Caproniam* pertinet. *Met. conformis* (B. et C.) Sacc. sporidia sunt lutea; species ad *Leptosph. Doliolum f. ramicolam* pertinet. *M. rubida* E. et E. non vidi *Met. Lonicerae* Fautrey id. *Met. plagarum* (C. et H.) Sacc. Specim. orig. sterilia inveni sed e facie potius *Zignoella* designant. *M. subsimilis* Schulz. et Sacc. non vidi. *M. annulata* Pat. id. *M. Lieuryana* Malbr. et Le Bret. Ex specim. orig. nihil eruere potui. *Met. Molleriana* (Niessl) Berl. et Vogl. non vidi. *Met. hederaefolia* (Cooke) Sacc. Specim. orig. sterilia inveni. *Met. alba* Pass. est. *Leptosph. eustoma f. Salicinearum*, nam sporidia sunt luteola. *Met. pampinea* Pass. est *Lept. eust. f. Vitis* nam sporidia sunt luteola. *Met. Maclurae* (E. et E.) Sacc. non vidi. *M. Idesiae* Pass. Est. *Lept. eustoma*. *M. palmicola* Pat. non vidi. *Met. Chamaeropis* Pass. est. *Lept. eustoma f. Chamaeropis,* nam sporidia sunt luteola. *M. Sparganii* Fautrey non vidi. *M. minor* Schroet. id. *M. platyspora* Pass. id. *M. borealis* Rostr. Ex specim. orig. nihil eruere potui. *Met. acorella* (Cooke) B. et V. non vidi. *Met. nervisequa* (Wint.) B. et V. id. *Met. sepulta* Pass. Est *Leptoshp. eust. Met. musana* Mont. non vidi. *Met. ceratotheca* (C.) Sacc. Certe non *Metasph.;* in specim. orig. tantum inveni subiculum crustaceum *Chaetosphaeriae* ad instar. *M. Zeae* Pass. Sporidia luteola *Leptosph. eust. f. Zeae* designant. *M. Lolii* Pass. est *Lept. eustoma*. *M. Lindsayana* (Curr.) Sacc. non vidi. *M. albescens* Thuem. id. *M. insularis* Speg. id. *M. stenotheca* E. et E. non vidi. *M. nigro-tingens* Mont. id. *M. leptogiophila* (Minks) Berl. et Vogl. id. *Met. crassiuscula* Sacc. et Briard (Florul Aube p. 314). Ex specim. orig. nihil eruere potui. *M. Marchaliana* Sacc. sporidia sunt viridula, 24-28 $\times$ 4-6 et potius *Leptosph. arundinac.* designant.

Clavis analytica generum Sphaeriacearum Hyalophragmiarum.

I. Simplices.

a Perithecia erostrata.

A Cortice tectae vel demum erumpentes.

§ Perithecia pariete crassa praedita.

Sporidia halone mucosa cincta **Massarina**

§§ Perithecia membranacea.

† Caulicolae vel ramicolae, pseudostromate carentes.

Asci paraphysati, non roseolati, sporidia mutica **Metasphaeria**

Asci aparaphysati, saepius roseolati, sporidia mutica **Sphaerulina**

Asci paraphysati, non roseolati, sporidia utrinque setigera **Ceriosporella**

†† Foliicolae, perithecia phyllogena, pseudostromate tecta.

Asci aparaphysati. **Hypospila**

††† Lignicolae.

Perithecia cortice duriore vel ligno immersa; sporidia pluries septata **Saccardoella**

AA Superficiales vel subsuperficiales.

§ Hirsutae vel byssysedæ.

† Perithecia vertice concoloria.

Perithecia majuscula, carbonacea; sporidia cylindracea apice incrassata **Bombardia** (1)

Perithecia majuscula, carbonacea; bysso atra, grisea vel sulphurea tecta; sporidia cylindracea, elongata, hyalina, rarius fuscella **Lasiosphaeria**

Perithecia majuscula carbonacea, bysso atrâ tecta; sporidia breviuscula fusoidea **Enchnosphaeria**

Perithecia exigua, membranacea, setis rigidis ornata, sporidia fusoidea vel teretiuscula **Acanthostigma**

†† Perithecia vertice discoloria.

Perithecia majuscula, carbonacea; sporidia breviuscula, fusoidea **Herpotrichia**

§§ Glabrae vel glabriusculae.

Perithecia leva **Zignoella**

Perithecia tuberculigera **Winterella**

b Perithecia rostellata.

§ Asci octospori, sporidia articulis non secedentibus

Perithecia lignicola carbonacea **Ceratosphaeria** (2)

Perithecia foliicola, membranacea **Gnomoniopsis**

§§ Asci octospori; sporidia ad septum medium secedentia.

Perithecia membranacea, rostro laterali instructa **Cryptoderis**

II Compositae, stromaticae.

Stroma lentiforme, spermogonio adnatum **Melanops** (3)

Stroma valsiforme **Calospora**

---

(1) In *Bomb. fasciculata* perithecia sunt verticaliter evoluta glabra.

(2) Huc aptius locandum genus *Ceratosphaeria* inter *Phaeophrahmias* censitum.

(3) Genus non a me visum, et mihi dubium.

Claves analyticae specierum e generibus in hoc volumine contemptis (1)

Clavis analytica specierum generis « Schizostoma »

A Species minores.

a Corticolae (in cortice truncorum)

§ Perithecia gregaria vel subgregaria

Asci 65-75 ≈ 10; sporidia ovoideo-elongata 14-16 ≈ 5; in cortice arborum in Africa — *S. microsporum*

§§ Perithecia sparsa

Asci 85-95 ≈ 13-15; sporidia 28-30 ≈ 8; in cortice *quercino* et *populino* in It. bor. et Germania — *S. vicinum*

aa Ramicolae (in cortice ramorum)

Perithecia $^1/_3$ mm. d.; asci 90-110 ≈ 14-22; sporidia 30-35 ≈ 11-12, primo amoene fuliginea dein atro-fuliginea. In *Celtide Talea*, in Argentina — **S. tuyutense*

aaa Lignicolae

Perithecia gregaria; asci 80-90 ≈ 10-12; sporidia 22-25 ≈ 5-7. In *Abete* in Styria — *S. vicinellum*

Perithecia laxe subgregaria; asci 80-90 ≈ 15-18; sporidia 28-30 ≈ 8-9 In *Salice* in Argentina — **S. vicinissimum*

aaaa Culmicolae

Perithecia minuta; asci 145 ≈ 13-21; sporidi. ovoidea, 15-23 ≈ 6,5-11 In *Ammophila* in Belgio — **S. ammophilum*

AA Specie quoad perithecia vel sporidia majores

a Corticolae

Perithecia sparsa $^1/_2$-$^2/_3$ mm. d.; asci 180-200 ≈ 20-22; sporidia 36-40 ≈ 10-12, concoloria; in cortice *quercino* in It. bor. — *S. Montellicum*

aa Lignicolae

Perithecia sparsa 1 mm. et ampl. diam.; asci 40-45 ≈ 6-8; sporidia 14-16 ≈ 3,5-4 apicibus hyalinis; in ligno putri in Ceylon — *S. pachytele*

aaa Culmicolae.

Perithecia minuta $^1/_5$-$^1/_6$ mm. d.; asci 150-160 ≈ 30-35; sporidia elliptico-limoniiformia, apicibus subhyalinis, 30-40 ≈ 10-15; In *Molinia* in It. bor. — **S. Bellunense*

Clavis analytica specierum generis « Lophiosphaera »

A Sporidia mutica.

§ Sporidia monosticha.

---

(1) In Clave cujusque generis, etiam species non examinatae, et quae e diagnosi genuinae videntur, suo loco inseruntur, et asterisco notantur; dubiae vero omittuntur.

Perithecia $^1/_3$ mm. d. sparsa; asci 80-100 ≈ 12; sporidia 23-26 ≈ 7-9; in cortice quercino in It. bor. *L. querceti*

Perithecia sparsa vel subgregaria, $^1/_4$ mm. d.; asci 90-1000 ≈ 10-12; sporidia 18-20 ≈ 6-8; in *Salice* in It. bor. *L. forojuliensis*

§§ Sporidia disticha.

Perithecia modo sparsa modo dense conferta, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 100-110 ≈ 10-12; sporidia 22-26 ≈ 6; in *Helichryso* in Gallia *L. Helichrysi*

Perithecia sparsa, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 100-130 ≈ 16-18; sporidia 32-34 ≈ 8 (rarius 40 ≈ 7) in ligno *fagineo* pr. Münster *L. Beckhausii*

Perithecia gregaria, $^2/_3$ mm. d.; asci 170 µ longi; sporidia 50 ≈ 7,5; in culmis *arundinaceis?* « Cayenna » **L. Schizostoma*

B Sporidia utrinque appendicula aucta.

§ Species lignicolae.

Perithecia sparsa, $^1/_3$ mm. d.; asci 90-100 ≈ 12; sporidia 30-35 ≈ 6-7; in ligno *arborum nonnullarum* in Italia et Am. bor. *L. lignicola*

Perithecia gregaria, $^1/_4$-$^1/_3$ mm. d.; asci 70-80 ≈ 10-12; sporidia 16-20 ≈ 4-5; in ligno *quercino* in It. bor. *L. pulveracea*

Perithecia sparsa, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 60-70 ≈ 8; sporidia 16-20 ≈ 5; in ramulis decorticatis *Ericae* in Gallia *L. cristata*

Perithecia sparsa vel subgregaria, $^1/_2$-$^3/_4$ mm. d.; asci 70-80 ≈ 6-8; sporidia 18-20 ≈ 4-5; in discis dolii vinarii *quercinis* in Am. bor. *L. heterostoma*

§§ Species cauli-ramulicolae vel sarmenticolae.

Perithecia $^1/_2$ mm. d., sparsa vel gregaria; asci 90-100 ≈ 16-18; sporidia 26-28 ≈ 6-8; in *Artemisia, Cytiso,* et *Globularia* in It. bor. *L. anaxæa*

Perithecia $^1/_5$-$^1/_4$ mm. d. subgregaria; asci 60-80 ≈ 8-10; sporidia 15-18 ≈ 4-5; in sarmentis *Rubi* in Italia et Germania *L. Fuckelii*

Perithecia $^2/_3$-$^1/_2$ mm. d. discreta; asci 80 ≈ 10; sporidia 20 ≈ 8; in ramulis *Salicis* in Argentina **L. bonariensis*

Clavis analytica generis « Lophiotrematis »

A Species sporidiis triseptatis.

a In ligno denudato.

Perithecia $^1/_3$ mm. d., gregaria hysterioideo-aperta: asci 60-70 ≈ 5-8; sporidia 12-13 ≈ 4-5; in ligno *Quercus* in Am. bor. *L. hysterioides*

Perithecia gregaria, circiter $^1/_3$ mm. d.; asci 80 ≈ 5; sporidia 12-14 ≈ 3-3,5; in ligno emortuo in Am. bor. **L. aequivocum*

Perithecia 250 µ. d., sursum collapsa; asci 90-100 ≈ 12-15; sporidia 18-24 ≈ 5-6,5; in ligno *Amelanchieris* in Am. bor. **L. pallidum*

Perithecia gregaria 350-500 µ. d.; asci 150-175 ≈ 15-17,5; sporidia 30-40 ≈ 7,5-10; in *Populo* in Am. bor. **L. vestitum*

b In cortice ramorum vel truncorum.

† Perithecia sparsa vel subgregaria.

Perithecia sparsa et subinde gregaria; asci 110-120 ≈ 8; sporidia 18-20 ≈ 6; in plantis pluribus in fere tota Europa *L. Nucula*

Perithecia plus minusve crebre sparsa; asci 70 ≈ 6-8 sporidia 20-23 ≈ 3-4; in *Deutzia* in It. bor. — *L. vigheffulense*

Perithecia laxe gregaria; asci 80 ≈ 10-12; sporidia 18 ≈ 6. In *Ampelopside* in It. bor. — *L. affine*

†† Perithecia gregaria.

Perithecia emergentia, $^1/_2$ mm. d.; asci . . . . ; sporidia 26-33 ≈ 5-7; in *Populo* in Fennia — **L. emergens*

Perithecia minuta; asci 80-100 ≈ 7-9; sporidia 24-30 ≈ 3-4; in *Platano* in Germania — **L. myriocarpum*

c In caulibus exsiccatis.

† Perithecia sparsa vel subgregaria.

Perithecia $^1/_5$-$^1/_4$ mm. d.; asci cylindracei 90-110 ≈ 8-10; sporidia 22-25 ≈ 4-6; in plantis pluribus in Italia Germania et Gallia — *L. vagabundum*

Perithecia minuta; asci cylindracei . . . . ; sporidia 25 μ. longa; in *Scrophularia* in Am. bor. — **L. Scrophulariae*

Perithecia $^1/_3$ mm. d.; asci clavati . . . . . ; sporidia 38-42 ≈ 7-8; in *Thymo* in Gallia — **L. Thymi*

Perithecia $^1/_3$ mm. d.; asci oblongi, 67 ≈ 8; sporidia 16 ≈ 4; in *Sedo* in Germania — *L. Sedi*

Perithecia $^1/_3$ mm. d.; asci cylindracei, 90-100 ≈ 9; sporidia 20-25 ≈ 5-6, appendiculata; in *Sio* prope Münster — *L. leucosporum*

†† Perithecia gregaria.

Perithecia $^1/_3$ mm. d.; asci cylindracei 100-110 ≈ 15-18; sporidia 30-33 ≈ 8-9; in *Aconito* in Hungaria et Tirolia — **L. hungaricum*

d In culmis exsiccatis.

† Perithecia immersa.

Perithecia $^1/_5$-$^1/_3$ mm. d.; laxe gregaria; asci 80-90 ≈ 8-10; sporidia 20-25 ≈ 4-5; in *Arundine* in It. bor. — *L. culmiphragum*

†† Perithecia semiimmersa.

Perithecia $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; sparsa vel gregaria; asci 100-120 ≈ 10-12; sporidia 35-40 ≈ 6, demum 5-septata; in *Gramin.* in fere tota Europa — *L. semiliberum*

e In foliis Mono-vel Dicotyledonearum.

Perithecia hypophylla, 200-260 μ. d.; asci 78-88 ≈ 9, cylindracei; sporidia 14-16 ≈ 5, appendiculata; in *Quercu coccifera* in Lusitania — **L. Mollerianum*

Perithecia sparsa minutissima; asci clavati, 70-80 ≈ 10; sporidia 20 ≈ 4-5; in *Quercu coccifera* in Algeria — **L. stenogramma*

Perithecia sparsa, 250-270 μ. d.; asci clavati, 60-66 ≈ 9-10; sporidia strato mucoso obducta; in *Phoenice* in Belgio — **L. phyllophilum*

Perithecia sparsa minutissima; asci . . . . : sporidia 24 ≈ 6-7; in *Calamagrostide* in Germania — **L. pusillum*

f in fructibus plantarum vel in stromate hypoxylaceo.

Perithecia sparsa, minima; asci 45-50 ≈ 9-10; sporidia 18-20 ≈ 5; ad glandes *Quercus Ilicis* in Gallia — **L. glandium*

Perithecia conferta, 350-500 μ. d.; asci 120-150 ≈ 15-17,5; sporidia 30-40 ≈ 7,5; in *Hypoxylo Morsei* in Am. bor. — **L. parasiticum*

B Sporidia 5-pluriseptata

a In ligno denudato.

Perithecia laxe gregaria, $^1/_4$-$^1/_3$ mm. d.; asci 140-150 ≈ 20-22; sporidia 25-40 ≈ 12-14, quinqueseptata; in *Salice* in It. bor *L. littorale*

Perithecia laxe gregaria; asci saccato-clavati; sporidia 35 ≈ 8, septemseptata; in ligno in Socotra **L. Socotrae*

Perithecia 500-600 μ. d.; asci 120-130 ≈ 26; sporidia 30-40 ≈ 10; fusoideo-subclavulata, 7-8.septata; in *Chiliotricho* in Fuegia **L. australe*

Perithecia 500-800 μ. d.; asci 150-200 ≈ 16-20; sporidia 45-52 ≈ 7-8, fusoidea, utrinque acutissima, 9-11-septata; in *Chiliotricho* in Fuegia **L. antarcticum*

b In cortice ramorum vel truncorum.

† Perithecia sparsa vel subgregaria.

Perithecia $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 100-110 ≈ 8-12; sporidia 24-28 ≈ 6-7, quinqueseptata; in plantis pluribus in fere tota Europa et Am. bor. *L. praemorsum*

Perithecia $^1/_4$-$^1/_3$ mm. d. eximie cristata; asci 120-130 ≈ 10-12; sporidia 26-30 ≈ 5-7, quinqueseptata; in plantis pluribus, in fere tota Europa *L. crenatum*

Perithecia $^1/_2$-$^2/_3$ asci 120-150 ≈ 18-22; sporidia 35-40 ≈ 7-9, septemseptata, mutica; in ramis *Ailanthi, Rhamni* et in ligno *salicino* in Italia et Germania *L. massarioides*

Perithecia ligno infossa; asci elongati; sporidia 40-56 μ. longa, 7-septata; in *Spirea* in Am. bor. **L. Spireae*

Perithecia 200-290 μ. longa, 90-100 μ. crassa; asci 150-180 ≈ 20; sporidia 60-65 ≈ 10, constricto -9-10-septata; in *Vite vinifera* in Italia bor. **L. Thuemenianum*

Perithecia $^1/_4$ mm. d.; asci 120-130 ≈ 14; sporidia 35-37 ≈ 8, appendiculigera, 7-septata; in *Alno*, in caule *Rumicis* et in ligno corticato *salicino* in Italia, Gallia et Germania *L. auctum*

Perithecia $^1/_2$ mm. d.; asci 90-100 ≈ 9-10; sporidia 22-28 ≈ 4,7-5, elongato-fusoidea, 6-8-guttulata; in *Ampelopside* in It. bor. **L. pygmaeum*

Perithecia 300-350 μ. d.; asci 110-120 ≈ 10-12; sporidia 25-28 ≈ 6,5-7, subfusoidea, 5-7-septata; in *Phyllesia*, *Fuchsia* et *Chiliotricho* in Fuegia **L. magellanicum*

†† Perithecia gregaria.

Perithecia 200-300 μ. d.; asci 120 ≈ 8-10; sporidia 26-32 ≈ 6, cylindraceo-fusoidea, 7-septata; in *Pernettia* in Fuegia **L. fuegianum*

Perithecia $^1/_4$ mm. d.; asci 80-90 ≈ 7-8; sporidia 30-35 ≈ 4,5, quinqueseptata; in *Corylo* in Gallia **L. Coryli*

Perithecia 0,3 mm. d.; asci 90 ≈ 8; sporidia 27 ≈ 4, elongato-fusoidea 4-8-cellularia; in *Vite* in Hungaria **L. ampelinum*

Perithecia $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 100-120 ≈ 14-16; sporidia 40-45 ≈ 7-8, fusiformia, 9-10-septata; in *Vite, Lonicera, Galio*, in Italia et Germania *L. alpigenum*

c In caulibus vel culmis.

Perithecia sparsa, $^1/_3$-$^2/_3$ mm. d.; asci 100-120 ≈ 10-12; sporidia 24-26 ≈ 6-7; in *Artemisia* in Gallia *L. Artemisiae*

Perithecia sparsa $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 120-140 ≈ 20-25; sporidia 8-11-septata, 40;45 ≈ 10-11; in culmis caulibusque in It. bor *L. Cadubriae*

Clavis analytica specierum generis « Lophiostoma »

A Sporidia triseptata

§ Sporidia disticha

Perithecia $^1/_3$ mm. d., subgregaria; asci 60-70 ≈ 6-7; sporidia 11-14 ≈ 4. In ligno *quercino* in Franconia — *L. parvulum*

Perithecia sparsa $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 100-110 ≈ 14-16; sporidia 20-24 ≈ 7-8 crasse quadriguttata. In corticibus in fere tota Europa. (Var *Rosacearum* in Rosaceis. Var *caespitosum* in Rubo) — *L. quadrinucleatum*

Perithecia $^1/_3$ mm. d. sparsa; asci 95-105 ≈ 12-14; sporidia 22-24 ≈ 6,5-8. In ligno *Castaneae* in It. bor. — *L. rhopaloides*

Perithecia sparsa vel conferta, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 100 ≈ 10 (p. spor.) sporidia clavata; 25 ≈ 6. In *Syringa* et *Crataego* in Gallia. (Valde affine *Loph. rhopaloidi*) — **L. fallax*

Perithecia laxe gregaria, 150-180 μ. d.; asci 90-120 ≈ 9-12; sporidia 15-17 ≈ 7. In sarmentis *Rubi* in Argentina — **L. argentinum*

Perithecia sparsa; asci lineares; sporidia 15-17 μ. longa. In ligno emortuo in Am. bor. — **L. triseptatum*

Perithecia sparsa, globosa, 250 μ. d.; asci 75-90 ≈ 6-7; sporidia 18-22 ≈ 3-3,5. In cortice *Vitis* in Am. bor. — **L. stenostomum*

Perithecia sparsa vel gregaria; asci 90-95 ≈ 10-11; sporidia 30 ≈ 8-10. In *Corno* in Gallia — **L. Corni*

Perithecia gregaria vel sparsa, $^1/_4$ mm. d.; asci 80 ≈ 8; sporidia 4-nucleata, uniseptata, 18-20 ≈ 4-4 $^1/_2$. In stromatibus *Diatrypes* in Am. bor. (An *Schizostoma*?) — **L. floridanum*

Perithecia gregaria, $^1/_3$ mm. d.; asci 100-110 ≈ 13-15; sporidia 1-septato-constricta, crasse 4-5-guttata, utrinque appendiculigera, pallide lutea. In *Staphylea* in Am. bor. (An *Lophiosphaer*?) — **L. roseo-tinctum*

Perithecia sparsa, minuta; asci cylindracei, 70 ≈ 9 ≈ 11; sporidia 13-18 ≈ 4-6. In *Plantagine* prope Münster, Germaniae — **L. demissum*

§§ Sporidia monosticha

Perithecia $^1/_3$ mm. d.; asci 80-90 ≈ 8-9; sporidia 16-20 ≈ 6-7, raro septulo longit. divisa. In ramis *Pruni* in Am. bor. — *L. Pruni*

Perithecia 1 mm. diam., subinde ostiolo 1 $^1/_2$ mm. longo; asci 120-130 ≈ 16-20; sporidia 20-22 ≈ 8-10 sursum subdisticha. In cortice *Salicis* et *Quercus* pr. Münster, Germaniae — *L. isomerum*

Perithecia ut plurimum conferta, $^3/_4$ mm. d.; asci 140-160 ≈ 12-15; sporidia 28-31 ≈ 9-11. In cortice *Tiliae* in Fennia — *L. fallacissimum*

Perithecia gregaria vel sparsa $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 150-170 ≈ 12-15; sporidia 28-35 ≈ 8-10; in ramis arborum plurium in Germania, Italia et Britannia — *L. Desmazieri*

Perithecia laxe sparsa $^1/_3$ mm. d.; asci 135-380 ≈ 15-18; sporidia 21-28 ≈ 9-10, rufo-fuliginea. Ad basim caudicum *Buxi* in Gallia — *L. maculans*

B Sporidia quinqueseptata

† Sporidia concoloria

§ Sporidia exappendiculata

Perithecia sparsa, $^1/_2$ mm. d.; asci 80-90 ≈ 12; sporidia 18-22 ≈ 6-7; in caulibus variis in Europa et Am. bor. (Adsunt f. *majus* et f. *Sambuci*) *L. caulium*

Perithecia $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d., sparsa, rarius gregaria; asci 70-90 ≈ 12-14; sporidia 16-20 ≈ 6-7; in caulibus ramis ue variis in Gallia *L. vagans*

Perithecia sparsa, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 100-110 ≈ 14; sporidia 22-24 5-6; in *Salice* in Am. bor. *L. erosum*

Perithecia sparsa vel gregaria, $^1/_3$ mm. d.; asci 80-90 ≈ 12-14; sporidia 28-32 ≈ 5-6; in culmis *Arundinis* in fere tota Europa *L. Arundinis*

Perithecia $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d., gregaria; asci 100-110 ≈ 10; sporidia 22-26 ≈ 6-8, in ramis plantarum in Italia, Germania, Gallia, etc. *L. pseudomacrostomum*

Perithecia $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d. gregaria; asci 120-140 ≈ 12-14; sporidia 26-28 ≈ 7-8; in ligno *Salicum* et *Populorum* in Italia, Germania et Gallia *L. macrostomoides*

Perithecia laxe gregaria, 300 μ d., asci 160-200 ≈ 14-18; sporidia 24-28 ≈ 8-10; in ramis *Pinastri* in Moravia **L. Pinastri*

Perithecia subgregaria; asci cylindracei vel clavati; sporidia 20-23 μ. longa; in ramis *Salicis* in Am. bor. **L. turritum*

Perithecia prominentia, 180-200 μ. d.; asci subclavati; sporidia 20-25 μ. longa; in ramis *Cephalanthi* in Am. bor. **L. prominens*

Perithecia late sparsa, $^1/_5$ mm. d.; asci 100 ≈ 15; sporidia 22-25 ≈ 6 flava (saepius biseptata); in caulibus *Euphorbiae Characiae* in Gallia **L. Characiae*

Perithecia laxe sparsa, $^1/_4$ mm. d.; asci 60-80 ≈ 12-15; sporidia 30 ≈ 9; in ramulis *Brachypodii* in Gallia **L. Brachypodii*

Perithecia subgregaria; asci cylindracei vel subclavati; sporidia 3-5-septata 50-60 μ. longa; in ligno putri in Am. bor. **L. magnatum*

Perithecia sparsa, $^1/_2$-1 mm. d.; asci subcylindracei; sporidia 36-40 ≈ 9-10; in ligno *Salicis* in Gallia **L. Goudefroyi*

Perithecia sparsa; asci 60-80 ≈ 9-10; sporidia 21-24 ≈ 4,5-5 (plerumque 3-septata); in capsul. *Sarothamni* in Germania **L. Spartii*

Perithecia sparsa, minutissima; asci 100 ≈ 10-12; sporidia 14-18 ≈ 4-5 (plerumque 3-septata) loculo quodam hinc inde longitudinaliter divis ; in rimis trunci *Tiliae* in Bavaria **L. Allescheri*

Perithecia sparsa vel subapproximata; asci 50-75 ≈ 8-9; sporidia 18-20 ≈ 3,5-4; in pericarpio lignoso fructuum *Coryli Avellanae* in Gallia **L. corylinum*

Perithecia sparsa, 180-200 μ. d.; asci 55-60 ≈ 12-15 (p. spor.); sporidia 20-25 ≈ 4-5; in culmis in Fuegia **L. fuegianum*

§§ Sporidia utrinque appendiculata.

Perithecia subgregaria $^1/_3$ mm. d.; asci 70-80 ≈ 12-14; sporidia 20-23 ≈ 7; in ramis *Populi*, *Mori* et *Lonicerae* in It. bor. *L. perversum*

Perithecia sparsa vel subgregaria, $^1/_3$ mm. d.; asci 85-95 ≈ 12-14; sporidia 24-28 ≈ 6-8; in caulibus et ramis in Fennia, Britannia, Gallia, Italia *L. simillimum*

Perithecia sparsa $^1/_4$-$^1/_3$ mm. d.; asci 70-80 ≈ 10; sporidia 20-27 ≈ 8-10 (raro 35 ≈ 18); in caulibus variis in tota fere Europa *L. insidiosum*

Perithecia sparsa; asci clavati; sporidia 22 μ. longa; in ramis in Britannia *L. bicuspidatum*

†† Sporidia fuliginea loculis extimis pallidioribus.

Perithecia $^1/_4$ mm. d.; asci 150 × 16-20; sporidia 30-35 × 8-10; in ramulis *Corni* in It. bor. *L. oreophilum*

Perithecia sparsa, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 160-170 × 14-18; sporidia 38-47 × 12; in cortice *Mori* et *Juglandis* in Gallia et It. bor. *L. elegans*

Perithecia conferta, $^1/_3$ mm. d.; asci 140-160 × 16-22; sporidia 36-40 × 8-10; in ligno *quercino* in It. bor. et Moravia *L. biforme*

Perithecia $^1/_2$-$^2/_3$ mm. d.; sparsa; asci 90-110 × 16-20; sporidia 36-38 × 7-9; in cortice crassiore plantarum plurium in fere tota Europa et Am. bor. (Adest. var. *septemseptata* in *Salice* in It. bor.) *L. macrostomum*

††† Sporidia loculo infero (quasi caudâ) subhyalino terminata.

Perithecia sparsa, $^1/_3$ mm. d.; asci 90-100 × 12-16; sporidia 26-30 × 6-8; in caulibus *Lychnidis* et in ramis *Paliuri* in Italia, Germania et Gallia *L. caudatum*

Perithecia subsparsa, $^1/_3$ mm. d.; asci 110-120 × 13-16; sporidia 26-30 × 6-8; in culmis *Phragmitis* in Italia, Gallia et Germania *L. dacryosporum*

C Sporidia septemseptata.

† Sporidia concoloria.

Perithecia laxissime gregaria, $^1/_5$ mm d.; asci 120-150 × 14-16; sporidia 28-35 × 8-11; in basi foliorum *Caricum* et culmis *Festucae* in It. bor. et Austria *L. collinum*

Perithecia $^1/_3$ mm. d., sparsa vel gregaria; asci 160-180 × 22-25; sporidia 48-54 × 10-12, diu hyalina, biconoidea, dei 7-septata; in cortice *Piri* in Germania *L. subcorticale*

Perithecia aggregata, $^1/_2$-$^3/_4$ mm. d.; asci 110-120 × 16-18; sporidia 38-42 × 8-10; in ramis *Sambuci* in California *L. congregatum*

Perithecia subsparsa, $^1/_3$ mm. d.; asci 90-110 × 10-12; sporidia 22-26 × 6-8; in cortice *Persicae* in It. bor. *L. endophlaeum*

Perithecia $^1/_3$-$^2/_3$ mm. d. sparsa; asci 150-160 × 16-18; sporidia 30-35 × 7-9; in cortice et ligno *Salicum* in Germania et Gallia *L. Salicum*

Perithecia sparsa, $^1/_2$-$^2/_3$ mm. d.; asci 80-120 × 16-18; sporidia 22-23 × 8-10; in ligno acerino in Am. bor. *L. scelestum*

Perithecia globosa, $^3/_4$-1 mm. d.; asci 150 × 12; sporidia 2 -26 × 8-10 vel 20-22 × 12-15, tri-septemseptata subinde loculis 1-2 septo longitudinali divisis; in cortice *Nyssae* in Am. bor. *L. subcollapsum*

†† Sporidia loculis extimis pallidioribus.

Perithecia sparsa, $^1/_2$-$^2/_3$ mm. d.; asci 140-150 × 16-20; sporidia 38-42 × 10-12; in ramis *Tiliae* in It. bor. *L. nigricans*

Perithecia sparsa vel leniter gregaria, $^1/_2$-$^3/_4$ mm. d.; asci 180-200 × 16-20; sporidia 35-40 × 8-12; in cortice arborum in tota Europa *L. Balsamianum*

Perithecia late sparsa, $^1/_2$ mm. d.; asci 80-100 × 10; sporidia 26-36 × 6-8 (saepius 5-septata) in truncis *Ericae* in Gallia *L. Ericarum*

D Sporidia pluriseptata (8-12-septata).

§ Sporidia concoloria.

Perithecia $^1/_2$ mm. d., sparsa vel laxe gregaria; asci 300-350 ≈ 40-50; sporidia 95-100 ≈ 2 ; in cortice *Quercus* in It. bor. — *L. macrosporum*

Perithecia immersa ; asci 150 ≈ 15 ; sporidia cymbiformia aut fusiformia 9-septata, 38 ≈ 8; in culmis *Arundinis* in Algeria — *L. Crista-Galli*

§§ Sporidia loculis extimis pallidioribus.

Perithecia sparsa, $^1/_2$-$^3/_4$ (raro 1 mm. d.); asci 160-180 ≈ 12-18; sporidia 60-70 ≈ 9-12, 9-septata; in ligno *Mori* in Gallia — *L. Julii*

Perithecia sparsa vel subgregaria, maxima $^3/_4$-$1^1/_3$ mm. d.; asci 300-330 ≈ 28-30; (vel 250 ≈ 45-50) sporidia 55-65 ≈ 16-20 e latere compressa; in cortice Plantarum in Europa — *L. excipuliforme*

Perithecia sparsa vel subgregaria; asci . . . . . ; sporidia 40 ≈ 7,5, oblongo-clavata, 9-11-septata, apiculo hyalino terminata; in corticibus in Abyssinia — **L. papillatum*

Clavis analytica specierum generis « Lophidium »

A Sporidia transverse triseptata.

§ Sporidia disticha.

Perithecia sparsa vel hinc inde leviter gregaria, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 50-60 ≈ 8; sporidia 14-16 ≈ 6-8; in ramis dec. *Nyssae* in Am. bor. — *L. minus*

§§ Sporidia monosticha.

Perithecia sparsa, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 80-100 ≈ 8-10; sporidia 16-18 ≈ 6-7; in ramis *Genistae Scorpii* in Gallia — *L. Scorpii*

Perithecia sparsa $^1/_2$ mm. d.; asci 120-150 ≈ 10-12; sporidia monosticha, vel etiam subdisticha , 16-21 ≈ 8-9; in ramis *Rhois Cotini* in Gallia — **L. Cotini*

B Sporidia transverse 5-6-septata.

§ Sporidia disticha.

Perithecia $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; sparsa, asci 100-110 ≈ 12-16; sporidia 18-24 ≈ 6-8 (raro 7-septata); in ramis *arborum plurium* in tota fere Europa et Am. bor. — *L. compressum*

Perithecia copiosa; asci cylindracei vel clavati; sporidia disticha vel etiam monosticha, 25-33 μ. longa; in ramis *Xantoxyli* in Am. bor. — **L. obtectum*

Perithecia sparsa vel subgregaria; asci 75 ≈ 15; sporidia 23 ≈ 7,5; in *Echinopi Ritro* in It. bor. — **L. Ritro*

§§ Sporidia monosticha.

Perithecia sparsa vel gregaria, $^1/_2$-$^2/_3$ mm. d.; asci 110-120 ≈ 10; sporidia 22-26 ≈ 7-9; in *Alno* et *Salice* in Fennia et Lapponia — *L. deflectens*

Perithecia sparsa, $^1/_2$ mm. d.; asci 100 ≈ 10-20; sporidia 22-30 ≈ 8-10; in ramis *Spartii* in Gallia — **L. Spartii*

C Sporidia transverse 7-8-septata.

§ Sporidia disticha.

Perithecia gregaria, $^1/_2$-$^3/_4$ mm. d.; asci 70-80 ≈ 12-16; sporidia 16-20 ≈ 6-8; in ramis *Lauri* in It. bor. — *L. nobile*

Perithecia laxe gregaria, $^1/_3$ mm. d.; asci 90-110 ≈ 14-16; sporidia 20-24 ≈ 10-12; in culmis *Arundinis* in It. bor. *L. hygrophilum*

Perithecia gregaria, rarius sparsa, $^1/_3$-$^1/_2$ mm. d.; asci 90-120 ≈ 14-18; sporidia 26-32 ≈ 9-12; in cortice *Piri* in Germania et Italia *L. gregarium*

Perithecia laxe disseminata, circ. 1 mm. d.; asci 120-170 ≈ 20-28; sporidia 7-8-septata, 38-48 ≈ 13-18; in cortice *Iuglandis* in It. bor. **L. subgregarium*

Perithecia sparsa vel subgregaria; asci oblongo-subclavati, 95 ≈ 5; sporidia 22-27 ≈ 8-10; in cortice *Aesculi Hippoc.* in It. bor. **L. inops*

Perithecia gregaria $^1/_3$ mm. d.; asci 150 ≈ 26; sporidia 34-38 ≈ 15; in ramulis *Salicis* in Belgio **L. purpurascens*

§§ Sporidia monosticha.

Perithecia sparsa, $^1/_2$-$^2/_3$ mm. d.; asci 115-125 ≈ 12-15; sporidia 22-24 ≈ 9-11; in ramis plantar. variar. aromaticar. e. g. *Thimi*. *Lavandulae Rosmarini*, *Santolinae*, *Inulae* nec non *Genistae*, *Rhamni* etc. in Gallia et Algeria *L. aromaticum*

Perithecia solitaria, mediocria; asci anguste elongati; sporidia 6-8-locularia 30-40 ≈ 9-10; in cortice *Pruni Cerasi* in It. bor. (Mihi dubia) *L. graphidosporum*

Pherithecia dense gregaria ostiolo minuto, papillulato, compresso; 350-400 μ. d.; asci 80-85 ≈ 12-15; sporidia 16-25 ≈ 7-8, tri-septemseptata, polis pallidioribus; in ramis *Escalloniae* in Fuegia **L. melanommoides*

D Sporidia transverse 9-pluriseptata.

Perithecia sparsa, $^2/_3$-1 mm. d.; asci 210-220 ≈ 24-27; sporidia 58-60 ≈ 17-19; in ligno *Mori* in It. bor. et Am. bor. *L. fenestrale*

Perithecia sparsa $^1/_4$-$^1/_3$ mm. d.; asci 130-150 ≈ 18-25; sporidia 36-42 ≈ 18-20; in ligno *abietino* in It. bor. *L. pachysporum*

Perithecia laxe gregaria, $^1/_2$ mm. d.; asci 140-150 ≈ 28-30; sporidia 35-40 ≈ 12-14; in ramis decortic. *Quercus* in It. bor. *L. thyridioides*

Perithecia gregaria, tecta; asci clavati, 100 μ. longi; sporidia ovato-oblonga, multicellularia, 13-20 ≈ 6 (an 5-vel 7-septata?) in *Calycotome* in Algeria (Mihi dubia) **L. fraudolentum*

Clavis analytica specierum generis « Massaria »

A Sporidia biseptata.

